quam alius, ideo hoc est falsum: ergo. Confirmatur 2o; diversae uniones materiae sunt in diversis compositis animatis sufficiens principium, a quo petantur diversae dispositiones: ergo non requiritur diversitas materiae in ipsis animabus: antecedens probatur, tum, quia diversae uniones materiae sunt principia inaequalia, quae debent inaequales dispositiones; tum etiam, quia diversitas temperatorum, quam experimur in diversis partibus hominis arguit solum diversitatem in unione illius: ergo in duabus animabus diversitas dispositionum oritur tantum ex diversitate unionum utriusque.

Respondeo distinguendo antecedens; formae rerum inanimatarum non sunt diversae omnes intra eandem speciem, concedo antecedens, non sunt aliquae, nego antecedens: mixta enim inanimata eiusdem speciei sortiuntur diversa temperata, atque ita ex illis possunt formae inanimatorum materialium diversificari, ut inter duas formas argenti, et duas auri: cum hoc tamen stat, quod corpora simplicia, qualia sunt elementa, non habeant diversitatem ullam intra eandem speciem, quia petunt aequalia temperata: similiter dicendum est de formis viventibus, licet forte non de omnibus. Ad 1m confirmationem negatur maior: quia licet detur inaequalitas inter homines in ratione materiali, non tamen in ratione specifica; nam quilibet homo participat aequaliter rationem hominis, non minus, quam rationem animalis.

Ad 2m confirmationem distinguitur antecedens; uniones diversae sunt sufficiens principium, ut quo, a quo petantur diversae dispositiones, concedo antecedens: sunt sufficiens, ut quod, nego antecedens; sicut enim dispositiones inaequales petunt uniones inaequales; ita similiter inaequales, et diversae uniones, seipsis, ut quo petunt diversas, et inaequales radices, id est formas suppositales, tanquam principia, ut quod: unde patet ad confirmationem probationem. Ad 2m Respondeo, unionem hominis saltem arguere inaequalitatem et diversitatem virtualem in tali anima, quae inaequalitas virtualis vel unius eiusdem animae comparata vel unius alterius est radicis inaequalitas, quae deservit materiae ab illa.

256

Disputatio 6.a

Utrum potiae realiter distinguantur ab anima.

Caput Im.

Praemittitur, animam immediate actus vitales efficere, ac recipere.

Celebrem adeo inimus quaestionem, Iesuitis, et Thomistis utrinque dimicantibus. ee in animabus potias quasdam operativas, certo certius est; efficiunt enim actus nutritionis, qui pertinent ad facultatem vegetativam, et actus sensationis, qui ad sensitivam pertinent, quinque sensus distributam; denique efficiunt actus ratiocinii, qui ad rationalem facultatem in tres divisam spectant; insunt enim corporibus viventibus facultates activae, quas animarum potias appellamus.

Dubium ergo est, an hae potiae ab anima ipsa realiter distinguantur? tanquam certum suppono, saltem ratione distingui; nam si forte identificentur cum anima, et inter se, explicantur in ordine ad diversos actus, quos producant, et ipsa anima explicatur in ordine ad unum connotatum, v.g. intellectum, et non in ordine ad aliud, v.g. voluntatem, ut talem, ex nostra de distinctione rationis doctrina in Logica statuta. Deinde certum est, harum potiarum aliquas esse corporeas, alias spirituales, ut suo loco dicemus.

Sed antequam meam mentem depromam, praemitto in hoc capite stabiliendum, ac probandum, animam immediate, renuente Thomista, producere actus vitales ac illos in se immediate recipere; quod quidem per duplex assertum sic propono.

Primum assertum sit; anima reipsa concurrit immediate, et effective ad actus vitales: probatur primo iis rationibus, quibus in Physicorum ostendimus, substantiam posse, ac reipsa immediate producere substantiam aliam, et etiam accidentia,

quę quidem rationes validiores sunt ad probandum decursum effectivum aię in actus vitales; et l't probabiliter thomistę id negarent de facultate illius operationem immatam in extraneo subto; immanenter tn in proprio subto operari posse, n videtur dubitandum, nec aliquo fundto probari.

Probatur 2o privatim; actus voluntatis immatę efficitur ab aia ipsa, quam alioqui neque premium bonorum operum, neque supplicium malorum aia mereretur: ergo aia immatę producit actus voluntatis; p. 2 ans; quod illud prium non meretur premium, neque supplicium, quod non potest, aut impedire mala, aut imperare bona; aia vo neutrum posset, sed sola potia voluntatis: ergo. Confirmatur 1o; nihil potest imputari alicui ad culpam, nisi qui dominium habet directe, vel indirecte in actionem ipsam aut pp; sed aia dominium non haberet in actus voluntatis directe, neque indirecte: ergo; p. minor, nam illę actiones voluntatis non pendent ab aia, ita ut possit illas cohibere, neque pendent in causa ab illa; nam causa e voluntas: at quod voluntas sit aię unita non sufficit, ut actus, quos elicit dependeant ab aia, taliter ut hęc possit illos frenare: ergo.

Confirmatur 2o; exemplo a thomistis adducto; peccata non filii non tribuuntur Patri, nisi p ea potuerit prohibere: ergo nec peccata voluntatis tribuerentur animę, cum non posset illa prohibere. Confirmatur 3; unita voluntate cum aia, si voluntas vellit peccare, reipsa peccabit, quovis modo se habente anima: ergo anima non peccat; probatur consequentia, quod cui quod cui non e liberum ans, non e liberum cons, sed ans illud nempe voluntatem velle peccare non e liberum aię: ergo neque cons scilicet actuale peccatum.

Probatur 3o; actus intellectus ab aia efficitur immatę; nam idem prium libere volens, necesse e intelligat

258 id quod amat; sed aia amat libere obta: ergo aia intelligit ea-
dem: probatur maior; quia libertas in exercitio non solum stat in eo, quod prius
possit operari, et possit non operari quovis modo; sed in eo, quod, propo-
sita sibi utraque parte contradictionis, unam eligat; propositio autem fit
per cognitionem repraesentantem eligenti utrumque extremum.

Confirmatur 1o,
quia voluntas non cognoscit: ergo non eligit libere, quod amat; libertas enim actua-
lis supponit arbitrium. Confirmatur 2o; quia ex opposita sententia se-
quitur voluntatem operari tantum per sympathiam; sed modus ope-
randi per sympathiam est necessarius, et non liber; imo et sympathia
potentiarum est quaedam subiectio unius ad alteram ratione cuius ex actu
unius, sequitur actus alterius: ergo si voluntas operatur per sympathi-
am, cum actu intrinsece necessario operatur.

Ex dictis infertur, caeteros quo-
que actus vitales corporeos immanenter produci ab ipsa aia; nam si
semel concedatur immanens aiae concursus in actus aliquos vitales; nihil
est cur ad omnes negetur, praesertim cum sint ignobiliores actus corporei,
quam spirituales. Confirmatur; quia non solum verum est, aiam amare, et intelli-
gere; sed etiam sentire, videre, odorari etc.: ergo si ex eo efficit intellec-
tionem, quod vitaliter intelligit, efficeret eam visionem, qua videt.

2m
assertum sit; aia immanenter quoque suos omnes actus vitales in se re-
cipit. huius asserti probatio praecipua sumenda est ex ratione vitae
in actu 2o; illud, quod vivens creatum vivit actu, quod movet se ab in-
trinseco: ergo aia recipit actus vitales, quos producit: probatur consequentia; quia si non
reciperet, moveret aliud a se, non se ipsam. Confirmatur; producere
actum vitalem praecise non est vivere: ergo vivere affert necessario receptio-
nem actus in vivente; probatur consequentia; quia prius vivens ut tale exercet aliquid
aliud circa actum vitalem praeter mere producere; sed nihil aliud est,
quam recipere: ergo; probatur antecedens; nam Deus etiam producit actum vita-

rem creatum; et tn n vidit p eum actum, q illum n recipit. 2. 19

3.

Dices, fortassis satis ee, q actus vitalis recipiatur intra suppositum vivens, lt non in ipso prio frali vitę. Contra e 1o, q ob eandem raonem m'a q quę, dt q aia diceretur sentiens. 2o, q ideo totum suppositum dicitur sentire, et intelligere, q vere totum raone alicuius partis recipit sensationem, et intellectionem; sd n minus proprie dicitur aia sentiens, et intelligens: q vere etiam recipit sensaonem, et intellectionem, cęteros q vitales actus: ubi nota, n sm totum compositum sm oies partes collective vivere; sd verissime etiam aia divisive vivere, q d de m'a divisive n verificatur.

Caput 2m.

Sententię thomisticę refutat responsa.

In pręsenti difficultate S. thomas 1a parte docet aperte, diam n influere p se ipsam immaae; sd mate, et p intr positas potias in vitales actus; imo tot dari virtutes, et potentias realiter distas, quot ß genera actuum vitalium, unde in aia reali constituit supperadditam potiam realiter distam, quę sit ad actus intus, aliam ad actus voluntatis, aliam ad videndum, et alteram ad audiendum etta.

Pro hac senta stant oies thomistę, et nostris diebg ptendit illam stabilire Ioannes á S. thoma quę 2a de aia arculo 2o: hęc tn senta fere oium DD pręcipue recentum Societatis, et Scholistarum cum suo Doctore in 2o quę 16, iudicio expungitur, in quam conspirant Nominales, quam plures quę

260 Magistri doctrinę thomisticę refragantes, cum quibus, et nos in eam actum ire impugnationibus hic proponendis accingamur.

Ad rationes igitur factas cap. præcedenti pro 1º asserto his responsis quæ, et suam sententiam comprobant, satisfaciunt: respondent 1º, peccata voluntatis dicta imputari animæ propter phisicam iunctionem, et unionem, ut supra attigi, quam habet cum voluntate; sicut propter moralem iunctionem peccata filiorum tribuuntur parentibus, et peccata pupilli tribuuntur tutori. Contra est 1º; quia hæc phisica iunctio non sufficit, si alioqui anima nullum dominium habet in operationes voluntatis, easque cohibere potest, et ideo corpori non tribuuntur peccata animæ, licet phisice uniatur cum anima; quoniam a corpore non gubernantur actiones animæ.

Contra 2º; quia ideo filiorum peccata Parentibus tribuuntur; quia verbo, et exemplo inducunt filios ad peccandum, aut saltem, quia eorum peccata vitare possunt, et tenentur propositis minis eorum actiones gubernare, quod si non possint, minime peccant, neque ipsis imputantur filiorum peccata; sed sic est, quod anima non potest inducere voluntatem superadditam ad peccandum, neque potest voluntatis peccata evitare, quia nihil operari potest iuxta Adversarios, neque ab alicuius rei productione cessare: ergo non possunt animæ voluntatis peccata distincte imputari.

Respondent adhuc 2º; peccata voluntatis animæ esse imputanda; quia voluntas movetur, tanquam instrumentum ab anima, et eius nomine operatur. Sed contra est, quod voluntas moveatur tanquam instrumentum ab anima, et quod eius nomine operetur, non est aliquid liberum, et imputabile animæ: ergo ratione talis motionis nequit peccatum voluntatis imputari animæ; consequentia evidens, et antecedens probo, quod voluntas moveatur tanquam instrumentum ab anima, et quod eius nomine operetur, provenit naturaliter ex eo, quod voluntas per actionem emanativam fluat ab anima, et cum ipsa uniatur;

sed qd fluat, et uniatur, n e aliqd liberum, et imputabile aiae; 261
imo neqe ipsi voluntati; nam e actio quedam nalis, et naria in=
capax meriti, l demeriti. ℞ qd voluntas mouetur ab aia tanq=
tam instrum, et noe aie operetur, n e aliqd liberum, et imputa=
bile aie.

Respondent 3o; corpus eternis cruciatibus punitur, et tn
n e capax demeriti: ergo similiter aia etsi n peccet fraliter, suppli=
cium, l premium subire potest. Contra prima; q corpus proprie n pu=
nitur; nam duplex e pena, altera damni, et altera sensus; cor=
pus n n sustinet penam damni, que coiter dicitur ee privatio visio=
nis beate in eternum, l ad tempus; et corpus n habet privatio=
nem visionis beate, siquidem incapax e illius. In pena aut=
em sensus duo distingue, et ipsam penam, que e dolor ille, sive
displicentia de combustione, ut corpori noxia, et hanc aia sola pa=
titur; et etiam ipsam combustionem corporis, atq introductionem
nocivarum qualitatum; et hec omnia subit corpus, eo mortuo
modo, sicut lignum, l aliud simile corpus, qd fraliter n patitur,
neq sentit: unde nulla e paritas

Respondent 4, voluntatem
excitari ad suos actus p nalem sympathiam ex proportione,
et representatione obti facta intrui, que opus n e, ut im=
mediate fiat presens ipsi voluntati. Contra e; nam hec doctri=
na destruit voluntatis libertatem; tunc modus n operandi
p sympathiam n e liber, sed narius; sympathia duo dicit, tum
subiectionem illius potie, que operatur ex determinatione alte=
rius: tum qd ex actu unius nario sequatur actus alterius
potie, que subiicitur: et ideo externe potie dicuntur operari p
nalem sympathiam cum voluntate; qa subiiciuntur illi, et
ex eius imperio sequitur nario externe potie operatio: ergo
si voluntas p meram, et nalem sympathiam ad intrum
operatur, subiecta e intrui, et ex actu sequitur nario

262 voluntatis operatio: ergo sic libera non est: probatur consequentia, quia illud non est liberum voluntati, quod infallibiliter infertur ex aliquo non libero voluntati; atqui voluntatis operatio sequitur infallibiliter, et per naturalem sympathiam ex actu intellectus, qui non est liber, sed necessarius voluntati: ergo talis operatio non est libera, sed necessaria.

Respondent adhuc quinto voluntatem cognoscere saltem materialiter obiectum propositum intellectui, quia utraque potentia unitur, et radicatur in eadem anima. Sed contra; nam licet ita fieret radicatio utriusque, non ideo cognosceret materialiter voluntas; quia licet visiva, et auditiva potentia radicentur in eadem anima, non ideo visiva materialiter audit, neque auditiva materialiter videt, et sensitiva in actus materialiter non amat: ergo neque voluntas materialiter intelliget; nam ad hoc opus erat, quod voluntas in se reciperet intellectum, ut sic materialiter reciperet intellectionem.

Rursus, licet concederemus hanc materialem cognitionem, adhuc non sufficeret ad libertatem voluntatis, cui oppositum est, ut idem principium liberum dirigatur a propositione obiecti; sed non dirigitur liberum principium a directione obiecti: si materialiter fiat: ergo non operatur libere: probo minorem, quia neque formaliter dirigitur, siquidem cognitio non est formalis directio nisi; neque effective dirigitur, siquidem non concurrit cognitio effective ad directionem: ergo non dirigitur ullo modo a cognitione materiali.

Respondent; animam denominari absolute intelligentem, et amantem ex eo quod suae potentiae intelligant, et ament; et consequenter idem principium esse quod intelligit, et amat. Contra est; nam anima neque efficit, neque recipit intellectionem, aut volitionem ex Thomistas: ergo neque intelligit, neque amat, ut praecedentis capitis calce probatum est.

Caput 3um

Potentias realiter identificari cum anima nostrum placitum est.

Sufficienter manet expositum, aiam necessario debere influere immediate in vitales actus, et non satis esse, quod habeat superadditas potentias tanquam instrumenta, quæ se solis nomine aiæ producant actus vitales. Adhuc tamen inter nostros DDs maximum dissidium est, utrum aia iuvetur superadditis potentiis, vel per illis se sola efficiat vitales actus? opinantur quod Pater Suares De 18 Methaphisicæ sectione 3a numero 13, Pr Vasques 1a secundæ De 14 cap. 3o dari in aia potias superadditas ad eliciendos actus vitales adiuvantes aiam, sicut calor tanquam causa partialis adiuvat ignem, et frigiditas aquam ad suos effectus producendos. Opposita sententia omnino negat eiusmodi potias distinctas, ita Scotus 3 citatus, eiusque asseclæ, et ex nostris Pater Oviedo, Pr Fransiscus Alfonsus De 6a sectione 2a. Sed inter has media sententia tenet, aiam ut actus corporeos efficiat, habere potias distinctas; non autem, ut spirituales actus eliciat, ita non nulli DDs; nos vero quod statuamus, iam producimus.

Sed in primis censeo, repugnare etiam de potentia Dei absoluta potias corporeas, et spirituales realiter distinctas ab aia, quin sit aia cum ipsis immediate concurrat; quod quidem satis superque probant argumenta in præcedentibus facta a nobis contra Thomistas; nam non sum defacto, sed omnino repugnantiam oppositum convincunt. Præterea censeo, nullam repugnantiam reperiri in eo, quod divinitus omnes potiæ distinguantur ab aia præter voluntatem: quæ quidem tanquam causæ partiales concurrant simul cumque immediate ad productionem actuum vitalium; nam sicut ignis potest habere superaddita accidentia quæ concurrant immediate ad suos effectus, ita similiter non repugnat aia, quæ taliter habeat instrumenta ut eis utatur, licet illis non egeat ad producendum suos actus, sicut non eget calore ignis ut producat.

Ulterius censeo, non implicare voluntatem ab aia, et intellectu distinctam, dummodo ipse non sit prium liberum:

264 nam si voluntas per se libera e, n potest ab intru s. atque ab aia distingui, alioquin nequit ee intelligens, neque libere volens: necesse est, ut supra diximus, voluntatem liberam, vel cum intru, vel cum aia identificari: unde voluntas oio dista ab aia, et intru, n esset in se formaliter, et immate libera, vel est produceret, reciperetque in se volitionem; nam traheretur, et raperetur ab aia pro suo arbitrio ad actuum productionem; ideoque productio actus tm esset libera aiae, quae ex proprio dominio, et praecedenti obiti notitia uteretur voluntate superaddicta sibi subiecta, et subordinata.

Oppones; in tali eventu, vel voluntas n intelligeret, amaret tn, et consequenter libere; quia produceret, et reciperet in se amorem; ergo ut esset dista voluntas, quae libera. Resp. 1º. voluntatem tunc bene posse nario amare, ut libere amet, clarius prius debet cognoscere. 2º, voluntatem n ee denominandam amantem, licet efficeret, et reciperet in se amorem; quia talis denoatio petit, ut subiectum illius sit cognoscitivum.

Hucusque de poli, de facto autem nobis loquendum e: aia rialis, quae nunc existit, habet se cum idatas potias oies spirituales; et haec sit 1ª conclusio; cuius rao 1ª sit authoritas SSmi Bernardi, Augustini, sic expressis verbis loquitur Augustinus: aia dum vivificat corpus aia e, dum vult voluntas, dum intelligit mens, dum recolit memoria, dum sentit sensus. 2ª rao sit odium nare in multiplicandas entitates rerum absque gravi, et urgenti fundamento et necessitate; sed nulla e necessitas, nulla rao, nullaque experientia cogit ad adstruendas has potias superadditas: quia denegandae sunt: minor probatur: nam ipsa aia, quae potest efficere immate oies actus vitales, dicitur efficere has potias immate: ergo.

3ª ratio sit, quia perfectius e operari per suam substam quam per accia, et ideo Deus, qui e perfectissimum, et infinitum

ens operatur per suam substantiam: ergo non operatur anima mediis superadditis potentiis. Confirmatur: principium operandi est potentia; sed anima est principium operandi, ut constat ex definitione Aristotelis; nam illa vivimus, sentimus, et intelligimus: ergo anima est potentia indistincta. Confirmatur 2o: quia si potentiae essent realiter distinctae, possent ab anima separari; sed hoc repugnat: ergo.

Sit 2a conclusio; omnes potentiae corporeae tam externae, quam internae, quae nunc sunt, identantur realiter cum ipsismet animabus spiritualibus et materialibus: non minus ac praecedens conclusio, haec stabilitur: quare denuo sententiae oppositae mediis in relata impugnatione amplius firmabitur. Dicunt enim saltem distinctione includentis ab incluso potentias corporeas ab anima distingui; siquidem non est accidens quoddam ab anima, organis, et dispositionibus sensuum corporeorum adaequate distinctum; sed esse substantiam ipsam animae simul cum organis corporeis, quod totum distinguitur ab anima sola: unde tenent omnia illa accidentia, et temperata esse constitutiva potentiarum corporearum, et tanquam causas partiales concurrere ad actus vitales corporeos.

Sed procul a nostra Philosophia hic philosophandi modus, qui [illegible] fundo concedit temperatis virtutem effectricem actuum vitalium; quis enim unquam dixit, calorem habere virtutem ad producendam visionem, vel auditionem? 2o hic arguendi modus nullus est, haec entitas requiritur, ut fiat effectus: ergo est virtus productiva illius; ut patet innumeris exemplis; cognitio requiritur ad amorem, applicatio agentis ad passum necessaria est, ut effectus fiat; et tamen neque cognitio influit in amorem, neque applicatio in effectum: ergo male infertur ex eo quod anima requirat temperata ut producat actus vitales corporeos, temperata habere virtutem ad eos producendos simul cum anima.

Praeterea in sententia adversariorum ad eliciendos actus internos intra corpus, necessarium est temperatum cerebri, et tamen hoc temperatum non concurrit effective ad actus

2°. l. intrus: ergo unde temperata l[ice]t n[on] sint applicatio virtutis, l[ice]t ablatio impedimenti; erit igitur conditio requisita, et dispositio prævia nario petita ad eliciendos actus corporeos.

Caput 4.^{m}

Vires adversariorum infringit.

Opponunt 1°; thomistæ; quæ in Deo reperiuntur unita, et identificata, in rebus creatis debent esse dispersa, et distincta; sed in Deo reperiuntur unita, et identificata essentia, et potentia: ergo in anima creata debent esse dispersa, et distincta. Sed quam inepta ratio hæc sit, videant ipsi thomistæ, qui in se tella contorquent: si n[on] potentia, et essentia in creatis debent esse distincta, ergo potentia, et virtus, qua anima producit potentias superadditas tanquam sua instrumenta, debet etiam esse distincta ab anima ipsa, et sic in infinitum: insuper potentiæ superadditæ distinguerentur a virtute, et potentia, quam producunt actus vitales, quod ipsi n[on] admittunt; ergo: quare neganda est maior argumenti; quia plura, quæ in Deo reperiuntur unita, et identificata, sunt etiam in creaturis identificata, ut ratio entis, substantiæ, et spiritus identificatur cum angelo; l[ice]t verum sit quod plura sint in Deo identificata, quæ distincta reperiuntur in creaturis.

Opponunt 2°; voluntas n[on] intelligit, neque intellectus amat; ergo voluntas, et intellectus realiter distinguuntur. R[espondetu]r, distinguendo antecedens; voluntas realiter n[on] intelligit, nego antecedens; voluntas, quatenus formaliter est voluntas n[on] intelligit; concedo antecedens; et nego consequentiam; itaque propositio hæc voluntas n[on] intelligit (similiter intellectus n[on] amat) habet duplicem sensum; 1us est, illamet entitas, quæ est voluntas, n[on] intelligit, falsa propositio: 2us sensus est, illa formalissima perfectio voluntatis, quæ formalissime est ad actus voluntatis, n[on] est ad actus intellectus; vera ratio; nam duæ formalitates diversæ sunt respicere actus intellectus, et respicere actus voluntatis, quæ quidem tantum arguunt distinctionem rationis; n[on] autem realem, nam quæ formaliter

distinguuntur, identur realitr; si p̄ n in sensu reali verificatr, aial rationale, ratiosinatr n̄ v° in sensu f'rali preçissivo.

Sed instantes voluntas e potia caeca: q̄ ñ potest ipsa cognoscere obiectum: ẽ debet dari alia potia realitr dista, quę illud cognoscat. Retr, ñ ideo potiam caecam dici, q̄ ñ cognoscit; nam hoc e impole; sd q̄ voluntatis actus n̄ st cognoscitivi, et coentr voluntas n̄ habet ee cognoscitivam in ordine ad illos; sd in ordine ad alios, qui cognoscunt, et explicant obiā: unde distinguitur aūs; e potia caeca f'ralitr, quā voluntas pręcise e; Concedo aūs, vere, et realitr. nego aūs.

Opponunt 3°; aliis substantiis tributa ss accia, qb operentur, ut ignis habet calorem, et aqua frigiditatem: q° similitr aia habet virtutes distas, et accia, qb operetur. Retr 1° conseqanti, negando coam; et rao e; q̄ nobis constat evidentr, frigiditatem distingui ab aqua; cum de facto p introductionem caloris frigiditas separetr ab aqua: etiam calor distinguitur ab igne; q̄ existit in manu, qn existat ignis. 2° licet calor, et frigiditas distinguantr ab aqua, et igne; ignis tn, et aqua p virtutem ididatam producunt immanentr calorem, et frigiditatem: q° similitr aia producit immanentr in se suos actus vitales p idatam virtutem, et potiam.

Opponunt 4; actus, et potia debent ee in eodem genere sm S. Thomam; sd actus vitalis e in genere accidentis: q° potia vitalis debet ee in genere accidentis, et coentr nequit idari cum substa, nempe aia. Retr, negando marem; q̄ saepius potia e de genere substę; et effectus e de genere accidentis, ut p̄ a in omnipotia diva, quę producit accia; et in Thomistarum senta aia p virtutem, et potiam substalem se eam idatam producit supperadditas potias accidales: q̄d autem interponatur authoritas S. Thomę, nihil ad rem, tum q̄ Sanctitatem exosculor; veritatem

268 An requiro; tum, quia longe diversa est mens Doctoris Angelici: loquimur enim de methaphisica potentia, quae est in ordine ad existendum, quasi dicat; eadem entitas, quae est in potentia ad existendum, ponitur in actu, sive extra causas, quando actualiter producitur; non vero loquimur de phisica potentia productiva actus.

Opponunt 5º; anima est indiferens ad intelligendum, vel amandum; ad audiendum, vel videndum: ergo eget potentiis realiter distinctis, quae determinent ad eficiendum hos potius actus, quam alteros; probatur consequentia, nam principium indiferens ad plura genera actuum, eget aliquo determinativo, ut hoc potius, quam aliud eliciat, sed hoc determinativum est potentia supperaddita: ergo.

Respondetur; concesso antecedenti, negando consequentiam, et illius probationem, nam positis his potentiis distinctis, adhuc anima esset indiferens ad intelligendum, vel amandum, ad audiendum, vel videndum; ab aliis enim comprincipiis, praeterquam á potentiis determinatur anima; ad intelligendum vero determinatur á specie intelligibili, ex praesentia huius speciei potius, quam alterius intelligit hoc obiectum, potius, quam aliud: item ex apprehentione terminorum frequenter determinatur ad eficiendum iudicium, et ex inditio ad discursum; ad actus vero voluntatis in genere determinatur anima á malitia, vel bonitate sibi proposita per cognitionem; quoad exersitium vero anima á seipsa determinatur, eficiendo actum, vel ab eo se abstinendo; causa enim libera non eget determinativo extrinseco quoad exersitium: denique ad alios actus corporeos determinatur ex praesentia obiecti, vel speciei.

Ultimo opponitur contra 2am conclusionem: potentiae ad actus corporeos sunt corporeae: ergo non possunt identificari cum anima spirituali. 2º Saepius deficit ab homine potentia visiva (et quaevis alia interna corporea) perseverante anima: ergo potentia visiva non est idem cum anima. 3º nihil spirituale potest referri ad corporeum, sed anima est spiritualis: ergo producere nequit actus

corporeos: quia illos saltem partialiter temperamenta produ- 269
ducunt.

Resp. ad 1um distinguendo ans: sunt corporeae formaliter seu in se nego ans: sunt corporeae extrinsece ex actibus corporeis, quos producunt, et temperamentis, quae petunt, concedo ans: siquidem prius nomen ens accipit denominationem a termino, quem intuetur; sic actio dicitur substantialis; quia terminum substantialem producit; licet ipsa formaliter se sit accidentalis: calor item requisitus ad conservationem vitae dicitur vitalis extrinseco, videlicet anima, licet in se sit aliquid non vitale: quo similiter potentiae licet spirituales in se, dicuntur corporeae; quia trahuntur ad actus, et temperamenta corporea. Sed adverte materiam in argumento supponi potentias corporeas distingui realiter ab anima.

Ad 2um;

nego ans; quia tunc solum deficit temperatum, et organum requisitum ad videndum; non tamen potentia visiva; quia non deficit ipsa anima; quod quidem tenentur respondere adversarii; siquidem respondent in fatuo, et amente remanere potentiam intellectivam, et perire solum temperationem ad perfecte intelligendum.

Ad 3um; nego maiorem; quia licet substantia potest producere accidens; ita spirituale potest corporeum producere; et Deus spiritualis est; cum tamen res omnes corporeas producat.

Ex dictis a Disputatione, infero 1o omnes potentias enumeratas, et inprimis spirituales; intellectum, voluntatem, et memoriam indistinctas realiter inter ab anima, et similiter inter se. 2o, omnes potentias corporeas omnium viventium rationalium, et irrationalium, quinque externas, videlicet auditiva, visiva etc., et quinque alias internas, ut aliqui volunt, nempe aestimativam, phantasiam, appetitivam, imaginativam, reminiscentiam ab anima, et inter se se nullatenus

27º secerni realiter. 3º potentias nutritivam, vegetativam, et si quae aliae ipsis subordinatae eadem reali identitate gaudere: de potentia autem generativa nihil est dicendum: quia realiter non est potentia vitalis; quod est veluti passio ex vivente adaequato constituto consequuta. 4º omnes praedictae potentiae sunt in ratione ratiocinata distinguenter ab anima, et inter se; quatenus eadem entitas indivisibilis potest concipi, ut voluntas v.g., et non ut substantia, et eadem, ut substantia, et non ut voluntas; et similiter eadem, ut est intellectus, et non prout est voluntas.

Disputatio 3.a

de actibus vitalibus potentiarum in communi.

Caput 1m.

Aliqua ad quaestionem conducentia, praemittuntur.

Primo praemittendum nobis est, quaenam a Philosophis appellentur viventia appellantur enim viventia omnia, quae intelligunt, et amant; item quaecumque in genere appetunt, et cognoscunt obiecta; appetitus autem est, quo appetens fertur in bonum, et quo malum fugit; ferri autem potest appetitus in bonum, aut malum fugere actu spirituali, qui dicitur amor, et odium, procedentque a voluntate; quod si feratur actu corporeo, eiusmodi appetitus corporeus est, et appetens erit vivens corporeum, quatenus eo appetitu vivit.

Similiter dicendum de cognoscitivo; sive enim cognoscat actu corporeo, sive spirituali; id vivens erit. Eodem pacto dicendum de vegetativo, quod licet non cognoscat, neque appetat, exercet tamen aliam vitam, quae dicitur vegetativa;

vegetativa; unde Deus, Angelus, homo, bruta, et plantę viventia sunt: hęc viventia ab aliquibus, si vo alia sint, dicuntur intentionalia, vel phica, et coentr eorum vita dicitur intentionalis: si autem irrationalia phica tantum, et eorum siliter vita, vocantur.

Pręterea distinguendus venit triplex viventis gus; vivens vlt in actu 1o; idē priu͠m vitę: vivens in actu 2o, qd ē ipsum, qd in actu 1o erat vivens, adiuncto actu vitali, quo redditur actu vivens: etiam dicitur vivens actus ipse vitalis, quę potius vita ipsa dici debet. Pręterea vivens in actu 1o, aliud ē substale, ut aīa, Angelus, aut totum suppositum; aliud accidale, l' proximum, ut potię ipsę si ab aīa distinguantur. Unde Deus, Angelus, homo, bruta, et plantę dicuntur pria vitalia substalia in actu 1o. insuper oīes potię s enumeratę, ut potē idatę cum aīa, prętr potiam generativam, et habitę potiarum, et species, quę dici solent intonāles, dicuntur etiam vitalia pria substalia. Ubi nota, pr incipia vitalia prędicta n̄ vivere actualiter, prętr habitę, et species productas: neq̄ rursus habitę, et species vivere p actus vitales, ad quos producendos ḋcurrunt: sed mq actus prędictarum potiarum vitalium, dicuntur vitales; idē vita ipsa fvalis, et accidalis.

2o prętmittendum

ē, in quo ḋsistat rao coīssima vitę? res adeō difficilis captu; nam in primis, qdqd asseratur ēē rao vitę; l' n̄ ḋpetet Deo, qui ē perfectissimum vivens; l' si Deo ḋpetit, n̄ ḋpetet plantis; l' si his, n̄ Angelis; et pręterea ḋveniet etiam igni, et agentibus aliis, quę viventia n̄ sunt. Coitr á Phlbus definitur vita: ē motus ab intrinseco: nequit q ḋvenire Deo hęc defio, qui nequaquam movet se, neq̄ motus illi ab intrinseco, neq̄ ab extrinseco potest quadrare, quippe Deus immutabilis ē. Respondent, n̄ ēē proprium motum, quo Deus redditur intelligens; sed improprium, aut n̄ ēē realem, phicum q; sed intonalem, et methaphoricum; ita ut cum fundo

272 inre intelligamus, actum divę cognis procedere, et fluere à prio radicali intelligendi divino; atq̃ in eodem recipi n̄ reali receptione, sd metha phorica, et intionali.

Sed dª ē 1o; q̄ vita ē proprie motus, l n̄ ē: si 1m: g̃ Deo n̄ ɔvenit vita, cui n̄ ɔcedit proprie motus: sin autem 2m: g̃ rao vitę n̄ ē cois Deo, et Creaturis, siquidem motus nunc accipitr proprie, nunc improprie; s't visus n̄ ē rao cois visus hois, et prati; q̃ prati visus improprie dicitr; hois vº proprie. Neq̃ potest dici ēē motum abstrahentem à propriis, et improprio; nulla n. eiusmodi rao potest abstrahi; s't neq̃ à visu proprio, et improprio abstrahi potest alia rao visus. Contra 2o; q̃ motus, seu mutatio in rtaone talis affert negaonem fr̃ę antea n̄ prę existentis in subto, q.d mutatr, et movetr; sd nunqm fuit, neq̃ fuisse potuit in Deo carentia, l negatio cognis, ad quam postea Deus transiret: g̃ neq̃ poterat ēē in Deo motus: maior ē certa; minor constat; nam Deus immutabilis ē.

Dicunt, his probari, n̄ dari in Deo motum phicum, benè tn intenialem; eo q.d prius in 1o signo raonis intelligatr in divum divum, n̄ intlla cogne, at sic adeó carens intentionalitr cogne. Deinde in posteriori signo raonis intelligatr transire ad cognem. Contra tn̄ ē; nam ex hoc tantum colligi potest motus in intru nostro cognnte prius in divum divum, et n̄ intellectionem, et deinde etiam intellectionem divam; arguit n. hoc, q.d noster intrus transeat à carentia unius suę cognis ad cognem divam, ad cognem suam cce divam cognitionem; sd iste motus n̄ ē in Deo: g̃ neq̃ vita: vita n. talis debet ēē, ut sit motus intrus ipsi viventi, n̄ tn extrincus, qui potest aptari p extrinsecam denoaltionem.

Insuper impugno prędictam defionem; nam sequeretr, ignem vivere, siquidem in proxum fomitem operatr motu intrinsico: p'r ans; nam 1o ignis movet se, siquidem producit in se unionem partis alterius fr̃ę productę: 2o; nam s'h producit ignem, et sibi unit. Respondent, ignem n̄ vivere, eo q.d n̄ se moveat p intus sumptionem; sd p Xª

Ad 2.ᵃ positionem. Contra est: vel ratio vitæ in com̄i importat, quod sit motus per intus sumptionem; vel non? si id importat: ergo non convenit Deo, qui non movetur per intus sumptionem: si id non importat: ergo licet ignis non se moveat per intus sumptionem, erit vivens. 278

Propter hæc mihi certum videtur, nomen viventis, et vitæ, æquivocum esse ad ea omnium, quæ viventia appellantur, nec unam rationem com̄em ipsis assignare posse. Quare duplex ratio viventis, et vitæ com̄is assignatur: 1.ᵃ ratio viventis, ut præcisse cognoscentis, et appetentis, vel vivens esse principium cognoscendi, et appetendi, quæ ratio convenit Deo, Angelis, hominibus, et brutis etiam, quatenus habent sensum, et appetitum: et definitio vitæ, ut sic erit, cognitio, vel appetitio eiusdem principii: unde vivens increatum erit, principium cognoscendi, et appetendi sine motu sui: et sic illius vita sine motu sui definietur. Vivens autem creatum, et eius vita, addita voce cum motu sui recte definientur: at definitio vitæ creatæ sic conficienda; vita est motus ab intrinseco per actionem, et receptionem, ab emanatione distam: cum hic motus distinguatur ab emanatione, seu motu passionum, et proprietatum a radice; si non potius aia ab ipsa distæ essent, ipsas produceret aia, ac reciperet tanquam passiones; nec tamen istæ essent vitæ, nec aia per earum productionem viveret actualiter.

Restat aliud vivens vegetabile, vita quæ vegetativa; vivens definiri potest, quod se movet per intus sumptionem; et vita vegetativa, quæ est motus ab intrinseco proprio per intus sumptionem: ultimæ partes additæ sunt ad distinguendum vivens vegetabile ab igne, aliis quæ eiusmodi agentibus, quæ licet moveant se, non tamen per intus sumptionem: id per 2.ᵃ positionem. 2.ᵃ positio igitur fit, aut per solam immediatam consecutionem, etiam addita unione eorum, quæ immediate ponuntur, ut pars, quæ addita lapidi, quam lapis exercecit, et ignis igni: aut per fortuitam mixtionem duarum rerum miscibilium, ut contingit in aqua, et vino; vinum enim non attrahit ex natura sua aquam, ut eam in suam substantiam convertat. Intus sumptio vero est, quando id, quod adquiritur, non præcise ponitur immediate;

2.] 4. id intra ipsum principium trahitur, et sugitur, quae attractio debet esse intrinseca, et naturaliva virtute principii sugentis alimentum, ut eo augeatur, et crescat.

Caput 2m: naturam, et essentiam actus vitalis expendit.

Actus vitalis est operatio procedens á vivente iuxta suam naturam, naturaliter petens effici ab illa actione propria ab emanatione diversa; quod manifestum est ex dictis supra; sic, non vivere est movere se, et se perficere motu proprio ab emanatione diverso; unde vitalis actus erit ille, qui procedit á vivente ab intrinseco, et per quem vivens movet se actione propria; idest, ut clarius dicam, est exercitium moventis se ab intrinseco; quod dupliciter accidere potest: 1° ut vivens ita se moveat, ut operatio illius sic maneat intra ipsum suppositum, nec extra procedat; sicut actus nutritionis, actus elaborationis sanguinis etc.; hae quidem operationes vitales sunt, tum; quia naturaliter procedunt á principio vivente, et exercentur ab intrinseco, tum quia perficiunt ipsum suppositum, et intra illud exercentur, non tamen recipiuntur in principio, á quo fluunt eiusmodi operationes, idcirco improprie immanentes appellantur.

2° vivens se movet á seipso, et non ab extrinseco per operationem manentem in ipso principio, á quo efficitur, ut se habent actus visionis, et intellectionis, qui efficiuntur, et recipiuntur in ipso principio, et sic huiusmodi actus proprie immanentes appellantur, quia manent recepti in ipso principio, á quo fluxere, perficiendo intrinsece ipsum principium.

Hoc posito, gravis, et antiqua controversia orta est inter Philosophos, et Theologos circa naturam actuum vitalium proprie immanentium (de immanentibus improprie nulla potest esse controversia) utrum videlicet eorum essentia consistat in entitate actionis, passionis, vel qualitatis, seu termini ab actione distinguitur, quae recensentur sententiae: 1a docet, rationem actus vitalis consistere solum in actione quadam vitali procedente á principio vitali absque illo termino: ita communiter thomistae; sed confutantur aperte; quia actio est essaliter fieri termini; ergo nequit dari actio sine termino: ergo nequit consistere actus vitalis in actione sine termino. Confirmatur; quia sicut unio nequit esse sine extremis, et cognitio sine obiecto cognito; ita actio nequit esse sine termino: ergo nequit consistere actus vitalis in actione sine termino. Dicunt, actionem

dixisse, p actionem immanentem, qualis e actio Vg intrus nihil produ= 273
ci: bene tn p actionem transeuntem: g intellectio, que e actio immanens nihil
producit. Rsetr, animum Philosophi n ee ponere actionem i tro: q hoc e oio
impole, s't impolis e unio i extremis; sd sm otendere p actionem immanentm
nihil ad extra produci; q e verissimum e.

2a senta admittit trum realitr dis=
tum; sd tn cognitionem (idem dictum de appetitione) ostitui in sola actio=
ne productiva illius tri. Contra e; q si trus ille e obti repratio, t n ? si tm:
q e cognio; si 2m abiq fundo ponitr ille trus realitr distus, qndo aia intel=
ligit Vg, sufficiet n actio seipsa reprans obtum. Dices, illum trum ee
reprationem obtivam, sive medium, in quo cognio reprat suum obtum.
Contra e, qndo cognosco Petrum Vg, n attingo semper aliqd medium, in quo,
tangm imagine existente in intru cognoscam Petrum; sd immate illum at=
tingo, ut ipsa experia docet.

3a senta tuetr, intellectionem ostistere in actio=
ne, et tro, realitr distis, et probat; q ex una parte cognre, e vivere; sd vivere
e operari: q cognre e operari: ex alia v parte cognre e etiam reprare obtum:
q includit qualitatem reprativam obti: q ostituitr adequate ex actione
operativa, et ex qualitate reprativa obti producta p talem actionem.
Contrat; q prim cognitivum, ut cognitivum duo dicit, et ee operativum, et
ee reprativum obti: q ut reducatr ad actum 2m cognendi, duo dicere
debet, et operaonem, et reprationem obti, que trus e. Impugnatr tn
eisdem raonibq, qq infra probabimus, actionem, et reprationem obti intr
se idari realitr, et si fralitr possint distingui.

4a senta ponit actionem
in sola qualitate, s't de connotato requirat actionem. Contra e; nam pretr
impugnaonem Connotatorum alibi a nobis traditam; cognio essalitr e vita;
sd vita essalitr e actio: q cognio essalitr e actio, et esentr actio n affertr de
connotato in oceptu cognitionis, s't aial n affertr de connotato in
conceptu hois. Contratr, ex raonibq infra adducendis, pro nostra

27b resolutione. Quinta senta. constituit actum vitalem in sola qualitate absoluta unita cum anima; sicut calor, et albedo, et plura alia accidentia, ii qualitates absolutæ, quæ præbent suas denominationes, quatenus uniuntur cum subiectis. Contra e; quia actus vitalis est vita; sed vita est actio: ergo actus vitalis est actio; sed actio est modus, et non qualitas absoluta: ergo actus est modus, et non qualitas absoluta. Confirmatur ex dicendis capite sequenti.

Caput 3m.

Vera doctrina tenenda.

Suppono 1o, animam, quando cognoscit, ac appetit, habere aliquid, quod, non habebat antea, quando non cognoscebat, aut appetebat. Secundo, hoc aliquid, quod anima de novo habet esse aliquod productum; quia est aliquod ens reale creatum; imo est aliquod productum ab ipsa anima: tum; quia, ut ostendam, animam cognoscere, est formalissime aliquid producere; tum; quia quando accidens producitur, semper ad præsentiam alicuius substantiæ, congrue, dicimus ab ea produci, nisi aliquod oppositum suadeat: cum ergo cognitio semper fiat ad præsentiam animæ, congrue dicimus ab anima produci; præsertim, cum nihil sit, quod oppositum suadeat. Tertio dic nos tantum loqui de actu vitali creato; nam de increato agere ad theologos spectat.

His suppositis sentio, omnem actum vitalem consistere in sola qualitate, se ipsa procedente ab anima. Pro hac resolutione stant Ripalda de ente supernali, disputatione vigesima tertia, sectione octava, numero quadragesimo octavo; Oviedo controversia sexta, puncto primo, numero 19, et alii docti RR., et alii docti Recentiores

et alii docti Rtes: sed q triplicem partem continet resolutio trifariam clarius me expediam.

Sit 1a conclusio, cognitio creata, (et appetitio) consistit in actione: probatur 1o, quia cognitio est vita; sed vita est actio: ergo cognitio est actio. Confirmatur, quia cognoscere est vivere; sed vivere est agere: ergo cognoscere est agere: ergo ratio formalis cognoscendi est ratio formalis agendi, et consequenter actio. Sed insurgit contrarius distinguendo duplicem vitam aliam physicam, quae consistit in actione, aliam vero intentionalem, quae consistit in qualitate absoluta unita cum subiecto, quin conceptus talis vitae dicat actionem; et hoc 2o modo denominari vivens actualiter cognoscens.

Contra est 1o, quia vivere est se movere ab intrinseco, et consequenter vita est motus ab intrinseco: ergo impossibile est, quod detur vita creata, quae non claudat motum, et quod detur vivens creatum, quin constituatur in ratione talis per motum; sed motus est actio: ergo nequit dari vita etiam intentionalis, quin dicat actionem. Contra 2o, quia cognoscere est attendere obiecto; sed attendere obiecto dicit actionem: ergo cognoscere dicit actionem: ergo vita etiam intentionalis actionem dicit: probatur minor, nam attendere obiecto dicit conatum, et concursum eius potentiae, quae attendit; non enim lapis attenderet obiecto, si reciperet tantum cognitionem à solo Deo productam. Ergo nam deinde emortuam vocamus illam, quae non habet vim intrinsecam, neque principium internum, à quo se moveat; vividam vero dicimus eam, quae se agitat ab intrinseco: ergo ad vivendum non sufficit mere passive se habere; sed opus est agere.

Probatur 2o conclusio; amor consistit essentialiter in actione: ergo etiam cognitio: consequentia patet, quia utriusque actus eadem est ratio: probatur antecedens, quia cognitio requiritur necessario ad actum amoris per se; sed solum requiritur ad actionem, qua fit: ergo actus amoris consistit essentialiter in cognitione: maior constat; probatur minor, solum requiritur, ut

278 voluntas se determinet ad amandum ex praecognita bonitate obiecti; id quod se determinet ad amandum dicit actionem, qua, qua producit: ergo cognitio solum requiritur ad actionem voluntatis.

2a conclusio; cognitio formaliter consistit in repraesentatione obiecti: probatur 1o, quia cognitio est forma, qua anima versatur erga obiectum; sed non alio modo versatur, nisi exprimendo, et repraesentando illud: ergo cognitio est forma, qua anima exprimit, et repraesentat obiectum. 2o; cognitio est forma, qua obiectum denominatur cognitum; sed obiectum esse cognitum provenit formalissime a repraesentatione, et expressione: ergo intellectio est forma, qua obiectum denominatur expressum, et repraesentatum; et consequenter terminus, et qualitas procedens realiter ab anima.

3a conclusio; ista repraesentatio obiecti, seu terminus realiter identificatur cum actione, qua producitur ab anima; et consequenter non datur duplex entitas, alia quae sit obiecti repraesentatio; et alia, quae sit actio; sed una et eadem procedendo ab anima repraesentat obiectum, et repraesentando obiectum procedit ab anima: probatur 1o, quia non habemus fundamentum, quod habemus pro aliis terminis, seu effectibus, ad ponendam distinctionem realem inter actum vitalem, et actionem, qua producitur ab anima: ergo ponenda non est; maxime cum nullum aliud specialiter hic urgeat: antecedens probatur: nam ex eo colligimus calorem fieri a causa per distinctam actionem, et non per se ipsum; quia potest ipse persistere, et persistit de facto pereunte causa, et consequenter pereunte actione, qua producitur: hoc autem non experimur in actu vitali, quem numquam videmus separari ab anima, a qua semel fit: ergo. Vide a nobis dicta lib. 3o Physicorum de actione identificata cum termino.

Probatur 2o; quia vita actualis est operatio immanens, ut tenent Philosophi; sed cognitio ratione sui praecisse est vita actualis: ergo ratione sui praecisse est operatio immanens, et consequenter terminus, et actio. Confirmatur; quia intellectio cognita ut quo, quae est ratio formalis, media, qua anima cognoscit.

q etiam vivit utquo, quatus ē vao fralis media, quā subtum actualitr vivit: coā ē evidens: nam cognere, et vivere ss idem: q eomodo, quo intellectioni venit cognere, venit vivere; tunc sic; sd vivere utquo, ē actio, st vivere utquod ē agere: qo intellectioni venia ēē actionem, et ēē actum vitalem, seu immanentem operationem

Ex

prēiactis dclutionibq colligo 1o, passionem ēē de conceptu essali cuiuscunq actus vitalis existentis defacto: vaoē; q actio generativa ē essalitr passio, ut in Phisicis lib. 3o exposui; sd actio generativa ē de ceptu cuiuscunq actus vitalis existentis defacto, siquidem p illam procedit essalitr à suo prio: qo. 2o colligo, unionem sui cum aīa ēē de ceptu cuiuscunq actus vitalis; et vao ē. q quicunq actus vitalis ē actio, ut probatum ē; sd actio ut pote modus unitr seipsa cum subto, id ē aia: q de essa illius actus ē unio. 3o impolem ēē actum vitalem accidalem qui n sistat in actione; et constat; q impolis ē actus vitalis, qui n sit vita attentio ad obtum, et respratio; sd hęc oīa claudunt fralitr actionem: qo.

Caput 4.

Obviam itur obiectis.

Obiicitr 1o. n potest dari trus productus ē actione realitr distā: q n sistit intellectio in qualitate seipsa procedente ā prio: ans pr. q actio ē ordo realis ad trum: q distinqui debet ā trō. Ego cum pluribus, qui admittunt, posse trum se ipso procedere à causa, qndo n ē indiferens, ut ob illo, l ab alia procedat, et consequentr actionem creativam Angeli idari cum illo, ut à nobis defenditr lib. 3o Phicorum; neg inquam, negando ans ad probaonem dico, actionem ēē ordinem ad trum, qndo ab eo distinguitr, n tn qndo idatr.

2 8o quare terminus poterit seipso procedere ab principio; sicut actio seipsa fit a causa; et unio seipsa potest uniri cum subiecto, sine intermedia alia actione, vel unione. Instas: ergo iam datur actio sine termino; siquidem est praeter actum vitalem non datur aliquid, sed actus vitalis est actio: ergo praeter actionem non datur terminus, quod impossibile est. Respondetur ultra actionem non dari terminum realiter distinctum; dari tamen terminum cum ea identificatum, in quo non est inconveniens; sicut non est in eo, quod detur unio sine duobus extremis realiter distinctis.

Obiicitur 2o, nutritio est operatio vitalis; et tamen in illa non identificatur actio cum termino: ergo ex eo quod actus internus sit vitalis, non infertur, quod debeat identificari cum actione: probo minorem; quia id quod producitur, vel adquiritur a vivente per nutritionem, produci potest ab agente extrinseco scilicet Deo: ergo id quod producitur, vel adquiritur per nutritionem, non identificatur cum actione, quia de facto producitur a vivente. Respondetur concessa maiori, et minori negando consequentiam; ratio est, nam quando terminus est vitalis in actu 2o debet identificari cum actione; quando vero non est vitalis esse, opus non est, ut identificetur cum actione: hinc est, quod actus internus cum sit vitalis in actu 2o, debeat identificari cum actione: at augmentum quod producitur, vel adquiritur per nutritionem, non est aliquid in actu 2o vitale, et ideo non est opus, quod cum actione identificetur.

Obiicitur 3o, intellectio divina non est actio: ergo neque intellectio creata est actio: probo consequentiam; quia ideo creata intellectio est actio secundum nos, quia est vita in actu 2o, per quam formaliter vivit, et intelligit subiectum, sed etiam intellectio divina est vita in actu 2o, per quam formaliter vivit, et intelligit Deus, et tamen non est actio: ergo neque intellectio creata erit actio. Primo respondetur, intellectionem, et vitam divinam non esse vitam in actu 2o physicam, et accidentalem; sed methaphysicam, et substantialem: asserit intellectionem creatam esse vitam in actu 2o physicam, et accidentalem; ideo quia debere consistere in actione, licet in ea non consistat vita, et intellectio divina: et propter eandem ratio-

rem vita, et intellectio diva n̄ sistit in unione, bene tn vita
creata. 2o velr, vitam divam ex eminenti sua perfectione habere raonem vitæ, et denominare Deum viventem, lt a producta n̄ sit à p̄rio intrinco: at vo vitam creatam propter limitationem suam tn posse habere raonem vitæ, neq denoare subtum vivens nisi sit motus ab intrinco p̄rio.

Hinc infertur 1º, cognitionem, quae non habet tres assignatas conditiones, esse abstractivam, prout opponitur intuitivae cognitioni. 2º infertur resolutio difficultatis, nempe actus sensuum externorum esse intuitivos cum versentur circa res existentes per propriam speciem, licet non requiratur, ut tunc existant. tertio si Deus Astrologo imprimeret speciem Eclipsis futurae, iam illa cognitio esset intuitiva; quia esset per speciem propriam obiecti, cuius defectu cognitio, quae datur in Astrologo non dicitur intuitiva. Rogabis 2º,

an sensus errare possit circa suum obiectum? certum non est, proprium errorem, aut falsitatem non reperiri nisi in iudicio, aut in apprehensione complexa, quatenus apponit intellectus obiecto praedicatum, quod in ipso non est: similiter propria veritas solum in actibus intellectus competit, quando decipiunt in obiectis rationem, quae in ipsis reperitur; quare de errore improprio loquimur, quatenus ita versantur sensus circa suum obiectum, ut intellectum in errorem inducant.

Sit 1a assertio, sensus nequit errare circa sensibile proprium, et per se saltem in communi: probatur; quia sensus versari nequit extra suum obiectum per se, v.g. visus nequit versari, nisi circa colorem, aut lucem: ergo nequit errare circa sensibile per se saltem in communi: consequentia probatur: quia deberet extrahi a proprio obiecto. Praeterea tunc errat sensus quando est causa deceptionis; sed si indicet intellectus adesse colorem, aut lucem, quando exercet actum visiva potentia, non eliceret actum, per quem decipiatur: ergo. Sed nota, posse errare visum circa obiectum per se v.g. colorem, ita ut lux appareat ut color, et sic ex vi visionis inquiritur in errorem intellectus: item siquis a longe videat colorem viridem, solet illum iudicare, ut nigrum.

Sit 2a assertio, circa obiectum per accidens sensus errare possunt: probatur experientia, solet enim non raro fieri, ut quia facia duorum hominum sunt valde similia, dum unum videmus, alium putemus obiici: ergo potest errare sensus circa obiectum per accidens: deinde dum a longe videmus venientem hominem, decipimur, dum Petrum existimamus illum, qui est Paulus.

Rogabis 3o, an iudicent sensus? negative: ratio est quia tunc fertur iudicium, quando tribuitur aliquod praedicatum subiecto, vel de illo negatur: sed sensus externi nullum praedicatum tribuunt, aut negant de obiecto: ergo de illo non ferunt iudicium: supposita maiori probatur minor: quia sensitiuae potentiae simplici quodam modo sua obiecta percipiunt, nec affirmant, nec negant praedicatum de subiecto. Confirmatur, quia nec

3.º p apprehentionem simplicem imo complexam vere iudicamus: quo à fortiori, nec per actus suos sensus externi de obiectis ferunt iudicium.

Quod si latius accipiamus iudicium, prout afferit quandam repraesentationem, seu cognitionem, per quam de veritate ferimur in hoc obiectum, et in aliud, et discernimus inter hoc et illud obiectum, sic datur suo modo iudicium in sensibus, et illud Iobi cap. 12 vanae auris verba diiudicat, et fauces comedentis saporem.

Caput 2um.

an dentur species impressa obiecti?

Nomine speciei impressae intelligo qualitatem productam ab obiectis, ut loco illorum detrmet potentiam ad operationem: petimus ergo, an dentur hae species, vel an sint aliquid confictum? ad resolutionem animadverte, vocem species tripliciter accipi posse, 1º pro formali imagine, et sic appellamus speciem Petri obiectivam repraesentationem ipsius, quae nos ducit, ut in naturale signum in ipsius Petri cognitionem: 2º pro similitudine, seu imagine expressa, quae cognitio formaliter repraesentans ipsum Petrum: 3º pro impressa quadam imagine, quae determinat potentiam, ut expressam imaginem efformet: et in hac 3a acceptione praesens lis est, circa quam Gassendus, atque Philosophi negarunt tales species, sufficienter indicabant obiectorum approximationem sensibus cum, nec opus esset nova qualitate, quam dicimus speciem.

Nihilominus tenenda sententia Aristotelis cap 12 textu lo 21, quam plurimum Doctorum electis, fere omnium quos Doctorum defendit, dari species sensibiles et intelligibiles impressas, ut sensus, et potentiae operentur circa obiecta propria: probatur 1º a priori; quia potentia per se est indifferens ad plura obiecta percipienda: ergo ut potius hoc, quam illud obiectum attingat,

eget aliquo extrinseco detrativo; q̄ n̄ potest seipsam detrare, hoc autem detrativum n̄ ē aliud, q̄m species ab obiecto producta: ergo. Probatur minor, quia nihil aliud potest assignari, quod detrat potentiam praeter obiectum; obiectum autem n̄ potest per se immediate detrare, saepe n̄ distans est, saepe est impossibile per se causare actum; quare opus est, ut detret per species obiecti vicarias.

Probatur 2°. quia actus potentiae est imago obiectivitatis; ergo debet obiectum ipsum concurrere, aut aliquid ex parte obiecti; n̄ autem obiectum concurrere per se potest: ergo debet aliquid aliud concurrere ex parte ipsius, quod speciem vocamus: ans probatur, consequentia patet, tum, quia imago ut talis debet ab eo produci cuius est imago; tum, quia duplex gravitas praesens cernitur in actu, una repraesentationis, quae tribuitur potentiae: altera talis repraesentationis talis obiecti, quae n̄ potest potentiae tribui: debet ergo tribui obiecto, et consequenter debet obiectum ad illam concurrere; et ratio est, quia potentia se habet ut causa universalis actu talis repraesentationis; quare eget causa particulari ad hunc actum detrante.

Probatur 3° experientia, qua colligimus, quod potentiis adiungendae sint hae species; et ut incipiamus ab externis, potentiae visivae adesse debent species ut operetur, et constat reflexione specierum in speculo, in quo obiectum videtur, quod aliter fieri n̄ potest, nisi quia obiectum producit species ad obiectum usque et iterum reflexae ab obiecto ad potentiam: etiam constat in iis, qui utuntur perspicillis, quae aut multa specierum vehementia cohibent, ne laedant potentiam; aut potentiae debilitas roboretur: unde oritur, aliquos egere perspicillis, pluribus species conglobantibus, ut debilitatem potentiae iuvent, et alios egere illis disgregantibus species ipsas, ne vehementius conglobatae potentiam laedant.

Potentiae etiam auditivae adest species obiecti sonori; nam sonus, qui longe fit, auditur,

312 q̃d ille sonus n̄ p se ipsum detrat efficienter ad auditionem: q̃ p speciem productam: minor p̄r: q̃ sonus ille n̄ adest auditiui potiis, id ut detraret p se ipsum efficienter, deberet adesse: q̃ ille p se ipsum n̄ detrat potentiam, sed p qualitatem emissam. Confratr, q̃ dum sonus audiatr, discernimus, ubi factus sit; q̃ q̃a inde emittit species, quę ipsum reprę sentent, ubi factus ē. Confratr item ex echo, q̄ n̄ videtr alia rãone fieri, nisi q̃a species á loco concavo ad auditum reflectuntr. Nec dici potest, aërem percussum immate ad actum auditionis concurrere; quo n̄ modo soni tam diversi audiuntr, eorumq̃ percipitr maxa diversitas, si oium detrativum esset unus, et idem aër percussus?

Tactui, gustui, et olphactui species n̄ ēē tribuendas, plures tñ affirmant, eo q̃ cęteris sensib' ideo tribuantr, q̃ obtum cum distans percipiatr nequit p se concurrere: cęterum obtum tactus, gustus, et olphactus p se immate concurrere potest, et debet ēē pręsens: q̃ nulla ē necessitas specierum: et constat in olphactu, nam res odoriferę mittunt quasdam exalationes, et corpuscula, quę deferunt odores ad sensum; deinde qualitates tangibiles, dum sentiuntr, et siliter sapores s̄t immediati sensib': q̃.

Alii tñ existimant, dari species ad prędictos tres sensus externos; iudico tñ revera aliquando dari, et nãrias n̄ ēē absolute, et simpliciter tales species, ut sensus illi operentur: nam si detr eiusmodi pręsentia obtorum, aut corpuscula obti odori, species oio superfluunt: ast potest dici, et defendi illas nãrias ēē; nam s't intellectus ad aïam cognoscendam indigeat speciebus, quę tñ aïa intime pręsens ē in corpore: q̃ intima pręsentia obti in sensu n̄ ē rão sufficiens ad hoc, ut obtum detrret sensum: q̃ l'ꝫ obtum tactus, gustus, et olphactus pręsens sit itime sensib', n̄ propterea negandę s̄t species: quapropter dicerem ego, n̄ ideo requiri species, q̃ obtum distans ē

et cognitr nequeat decurrere in actum; sed quia ipsum per se impotens est ad decurrendum; quare etiam si presens, et proximum sit, eget speciebus, cur vero sit impotens obtum rogabis? Reo id provenire ex natura rerum ipsarum experientia cognita, et paritate intus, et obtorum aliquorum intus, que licet presentia esse possint, intus tamen eget speciebus.

Etiam debere ad internos sensus species has pertinere, probatur; quia per sensum internum ferri solemus in ea, que aliquando cognovimus, quavis presentia non sint: ergo in sensu interno relictae sunt species: consequentia probatur; quia si nihil esset relictum in sensu, eadem ratione se haberet, ac si nunquam obta perseipsisset; sed hoc dici nequit: ergo maior probatur; quia nihil amitteret, quod habuisset ante sensationem, nec haberet postea, quod non habuisset: ergo si aliquod relictum est in sensu, signum est, per illud ferri in sensationem obti preteriti, confirmatur; quia eorum, que nunquam vidimus, aut attingimus alio sensu, non recordamur: at eorum, que sepius obversantur ante oculos, facilime recordamur, imo, et ipsa bruta: huius vero recordationis, et memorie, nulla alia causa assignari potest, nisi decedamus relictas in sensu interno species.

Contra intrum fateor, difficile posse eum convinci, qui species intelligibiles negaverit, et omnem activitatem obti actibus fantasie tribuerit; phantasmati representantis obtum: quia sufficiens est phantasia deferat potentiam intellectivam; sicut haec deferat sufficienter voluntatem per obti propositionem; nihilominus tamen cum communi sententia theologorum, ac Philosophorum, dari predictas species affirmo.

Et probatur; quia ex obto, et potentia paritur notitia: ergo obtum intelligibile, cum per se ipsum applicari non possit, debet dari species, que vicem illius agat. Contra quia licet omnes admittunt non posse voluntatem spiritualem deferri ad amandum ex cognitione mali, sed requiri spiritualem; quia potentia spiritualis

Sicut exigit proximum determinativum eiusdem ordinis cum ipsa, ita etiam videtur dicendum, intellectum ad cognoscendum indigere determinativo, et completivo spirituali, quod speciem dicimus: unde non sufficiunt species phantasiæ; quia non debemus illi concedere influxum immanatum in perfectissimos actus sine necessitate, quæ in præsentiarum non est.

Ultimo pro potentiis appetitivis non sunt concedendæ species; sufficiunt cognitiones expressæ potentiarum perceptivarum, ut illæ operentur; voluntas non satis determinatur ad obiectum tale, si tale hoc ipso, quod per cognitionem sibi proponatur: quod idem dicendum de appetitu corporeo. Deinde species obiectorum impressæ deserviunt ad imagines, et repræsentationes expressas, ut ad cognitiones causandas; sed actus potentiæ appetitivæ non sunt imagines, nec repræsentationes obiectorum: ergo non sunt necessariæ species ad has potentias.

Disputatio 3a

potentias externas singillatim expendit

Caput 1um.

potentia visiva examini subijcitur.

Singulorum sensuum definitiones facile deducuntur ex tradita pro sensu in communi definitione; potentia visiva est facultas corporea vitalis, quæ subordinatur ad actus cognitivos, quibus ad lucem, et colorem feruntur: per ultimas particulas explicatur differentia visivæ facultatis ab aliis: visiva si potentia supperat omnes externas; tum quia ab illa certius quam alia facultate sensitiva, ducitur intellectus, ut iudicium verum de rebus efformet: tum quia ad magnam distantiam obiecta percipit per species: tum etiam, quia plures rerum differentias comprehendit.

Sed quæritur, qua ratione visio fiat? dicendum est, cum communi sententia, visionem fieri receptis ab obiecto imaginibus, non emissis ab oculis radiis lucis, qui simul cum luce externa obiectum quasi manu prehendant, et suo contactu efficiant visibile,

ut intendunt plures Aut. citati apud Conimb.: p. r. 1º. nostra reso- § 13
lutio; nam radius lucis, qui ab oculis difundi asseritur, vel pertingit
res, quæ videntur, vel non pertingit; hoc 2m dici nequit; quia non nequiret
ad oculos redire alteratus, ut ipsi aiunt: 1m etiam dici nequit, quia non
videtur credendum, a pupilla adeo exigua diffundi tantum lumen,
ut ad res tam varias, tamque distantes pervenire possit: et quidem mag-
nam cœli partem occuparet, hoc lumen, quod a pupilla exiliret.
Probatur
2º. quia qualitas illa, quam radii emissi ab oculis imbuuntur, e similitu-
do obiecti, tunc sic si 1m; ergo tam visio fit receptis imaginibus ab obiecto; et cum
illa lux, quæ in medio e imbui possit illa similitudine, frustra indu-
citur lux nova ab oculis emicans, et immissa ad obiectum, quæ videnda
sit: si 2m; non apparet quæ sit illa qualitas: ergo non e admittenda lux,
quam oculi emittant.
Quæritur 2º, an requiratur lumen ex parte
medii, ita ut nisi medium illustretur aliquo pacto, nequeat obiectum
attingi a visiva potentia? Suppono prius, lumen ex parte obiecti requiri,
ut illud videri possit, et si medius aër sit illuminatus, etiam
visiva potentia, nequaquam potentia attingit, quæ in tenebris posita sunt.
Præterea certum e, ex parte medii non impediri visionem, cum ex-
periamur obiectum in eadem distantia videri melius, si medium
magis illuminetur: et quidem lux in aëre recipitur, cum fit utrumque
sit medium aptum, ut per illud color, et alia obiecta videri possint: cum
tamen hoc fit stat, ut adeo intensum esse possit lumen, quo medium per-
funditur, ut impediat luminis alterius, vel coloris distantis visio-
nem; qua de re lunæ, et stellarum lumen die non videtur.
Communis, et vera
senta tenet non requiri lumen ex parte medii aëris, ut obiectum a
potentia visiva attingatur: p. r. 1º, quia oculus in obscuro constitutus videt
obiectum prout si affectum sit lumine: 2º. Confirmatur, quia quo magis

316. ē medium tenebrosum, eo melius conspicitr lumen distans, ut patet in stellis noctu: 9°. Si dicas, tunc diffundi lucem p totum medium, qnvis exiguam, nec potentem visu dignosci; nulla sufficienti rōne pr, et experientia oppositum docet.

Quæritr 3°. unde proveniat, ut color, nisi luce perfundatr, videri ñ possit? id ex duplici capite provenire potest, aut q species coloris, quæ à solo ipso emittuntr ad actum visionis, ñ sufficerent, aut q color requireret suam speciem emittere, nisi perfusus lumine: hoc 2m debet dici; q si ex 1° capite proveniret, videri posset color ñ illustratus lumine, dummodo potia visiva infraretr lumine, et ipsius speciē; sd hoc ē falsum. 9°. minor experiētia ɔfratr; maior pr; q qndo st oīa requisita, visio elicitr; sd tunc essent oīa requisita: 9: at in nostra senta ñ videtr obtum, qndo ñ luce perfunditr, q lux cum colore ɔcurrit, ut color emittat speciem suī ad visivam potiam.

Quæritr 4: utrum color habeat distam nāram à luce? Plato in Thimæo docuit coloris, et lucis ēē eandem nāram, atq adeo colorem ēē vere lumen; unde absente lumine, nullum in corpore colorem ēē, ut cecinit Poëta sexto Eneidos, ubi cælum ɔdidit umbra, Juppiter, et rebus nox abstulit atra colorem. Probabilius ē, colorem ēē qualitatem realitr à luce distam, qd de veris coloribq intelligendum ē, ñ de apparentibq, quales in Iride videntr, in columbarum cervicibus, et Pavonum caudis, hi ꝗ colores diverso lucis aspectu variantr: idem dicendum de coloribus, qui p vitrum triangulare in rebus apparent; quare ñ st à luce disti; cum diversus lucis aspectus nequeat efficere novas qualitates.

Veri autem colores oīo à luce secernuntr; nam albedo ē intensissima, qnvis lux sit valde remissa; 9 albedo ñ ē lux. Præterea albedo, et nigredo st ɔtraria; q ñ st lux; patet cōa; q lux alteri luci ɔtrariaē

unde lux eadem in caudis Pavonum, et columbarum cervici-
bus in eodem instanti diversis hominibus sub diversis coloribus apparet.
at verus color sub eadem ratione coloris semper apparet idem: et licet con-
veniat cum coloribus Iridis in ratione coloris visibilis, non tamen in ratione veri
coloris.

Caput 9um.

Reliquos sensus externos evolvit.

Inter sensus externos 2um locum dignitatis auditiva potentia obtinet,
quae quidem deservit, ut sonos percipiat; sonus enim est proprium, et adae-
quatum huius potentiae obiectum: maximum conducit haec potentia ad plura
munia vitae, praesertim humanae, ad scientias, et disciplinas a Mag-
istro ediscendas, ut ait Aver. In auribus igitur intra medietatem
capitatis, quae ibi reperitur, in quam desinit via angustissima, reci-
det substantia, quae propter similitudinem cum aëre appellatur aërea; in
hac enim residet potentia auditiva, id est ipsa anima cum tali temperato
ad sonos percipiendos apto.

Definitio soni, qui obiicitur potentiae auditivae,
sic habet, sonus est qualitas producta concitata ad motum quo corpus
verberatur, et cum motu fluit: certum enim est, motum localem duo-
rum corporum se collidentium esse extra conceptum essentialem soni: quare
motus localis non est formaliter sonus; nam motus localis corporis resili-
entis ex alio corpore, non percipitur auribus; sed sonus auribus percipitur:
quis enim unquam licet sonum percipiat aëris, motum percipit aëris?
Confirmatur, quia alioqui sonus videretur, cum motus videatur; et consequenter so-
nus non esset proprium obiectum auditivae potentiae, et non visivae. Particulae cum
motu fluit denotant, sonum esse qualitatem defectibilem, cuius
partes, sicut ad motum corporum paullatim acquiruntur, sic etiam
paullatim desinunt, quia motui locali sese accommodant.

Sed petitur 1o, an sonus consequatur collitionem duorum corporum,

318 an fractionem aëris? dicendum est, sonum fieri post fractionem aëris; probatur; quia non sola collisio duorum corporum, sed fractio etiam aëris concurrit ad sonum: ergo sonus fractionem sequitur: antecedens ostenditur; quia corpora, quae vehementer colliduntur, solent minus sonare, ut in duobus lignis cernere est, et quae parum colliduntur, sonum vehementem facere solent, ut tintinnabulo: id autem provenit, quia haec sua duritie aërem magis frangere apta sunt; mollia autem corpora non se apte feriunt, nec aërem vehementer excutiunt: ergo fractio aëris immediate conducit ad sonum; licet corpora, quae colliduntur, sint causa praecipua sonum efficiens.

Petitur 2o; an sonus tantum recipiatur in aëre, an etiam in aqua? probabilius dicendum est, etiam in aqua recipi: probatur; quia si parum moveantur aquae sonus quidem auditur; ergo sonus ille intra aquas efficitur: praeterea saepius audimus lapillorum, qui intra aquam moventur strepitum; sed ille fit ex aquae percussione, seu collisione: ergo aqua soni capax est.

Tertia potentia externa est olphactus, qui deservit animali, ut odores percipiat: in naribus autem datur virtus, quae aërem attrahit, vehementer emungit, et odores hauriet: ibi autem resid[et] et organum olphactus postulans tale temperatum fere calidum, et siccum, quod est aptissimum ad odorem: unde cerebrum cum sit maxime humidum et frigidum, non videtur esse aptum olphactus subiectum, ut aliqui intendunt; nam licet cerebrum confortetur, aut laedatur, dum odores a naribus percipiuntur, non tamen ab illo sentiuntur; sed confortatur, aut laeditur ab exhalatione, quae odorem defert; itaque non a perceptione odoris, sed ab exhalatione provenit illa confortatio, aut laesio cerebri.

Notandum est; ad odorem non sit exhalatio quaedam fumosa, ut aliqui volunt; haec enim substantia est formaliter, odor tamen accidens; cum in Eucharistia maneat odor panis, et vini, nec maneat substantia aliqua: at improprie, odor exhalatio dicitur. Odor autem est qualitas

qualitas, quâ olphactu percipimus, et resultat in corporibus ex primarum qualitatum detectione dominante siccitatem, et calore humiditatem decoquente: tempore n. verno sentitur florum odor, si tu pluat, aut nihil, aut parum percipitur. Quo pacto dic. fundatur olor dstat, diffundi per fumosam substam, quae sit odoris vehiculum.

Quarta, et quinta potia, Ut gustus, et tactus ex dictis, pro aliis potiis defiones effrantur: nam in ordine ad sua obta definiuntur, sic tactus, ut percipiat tas qualitates; et gustus, ut sapores percipiat. Aliqui voluerunt, hos sensus nullatus inter se distingui, sed gustum ee eundem cum tactu; in lingua tn habere specialem quendam actum cu ciborum sapores, qui actus e specularis potia tactus: vera tn senta docet, eandem distionem habere inter se, ac habent reliqui sensus: pr.; nam ideo alii sensus dicuntur distingui, q. diversa organa petunt, et feruntur obta diversa; sed sic se habent hi sensus. q. minor pr.; q. sapores, et qualitates obta di. versissima; tactus per totum corpus diffunditur, gustus n. item; nam hic ut sentiat, diversum organum, nempe linguam petit, qd tactus, tantum n petit; sed et alia organa, Ut nervos, cutem, carnem, et membranas. Confratur, q. aliq qui tactus nullo pacto distingueretur etiam a visu, auditu, olphactu q. q. ibi etiam residet; hoc e falsum: q.

Petes, an tactus sentiat solum gradum excelentem obti tangibilis, an etiam aequalem, aut inferiorem illo, quae habet organum tactus. R. sp. rius n. attingit, tantum ee calorem in corpore, qd applicatur viventi, quantum habet vivens in organo tactus, aut forte ee remissiorem; Vg si obtum sit affectum calore, ut quinq, et calor tactus sit ut quinq etiam, l ut quatuor, quare ves, nec aequales, nec in-

2º inferiores gradus qualitatis, quæ est ~~in organo~~ obiectum sentiri a tactu; sed illos in quibus obiectum tangibile excedit intensionem qualitatis, quæ est in organo: hinc est, ut non semper sentiamus aërem; sed dum magis est calidus, aut frigidus etc. et licet revera omnes gradus tam inferiores, quam excedentes qualitatis sit obiectum tactus, et omnes sentiantur; attamen, ut sentiantur excessus aliquis saltem in uno gradu debent dari in obiecto tangibili.

Disputatio 4.

de sensibus externis altercatio.

caput 1um.

quid sensus internus, quæ sedes illius, et obiectum.

Dari sensus internos, qui obiecta percipiant, plures experientiæ docent: bruta enim repetunt loca, ubi cibos aliquando gustarunt: ergo cognitione ducuntur, sed non cognitione sensuum externorum, cum sæpius loca distant longissime, et nequeunt mitti species ad sensus externos. Insuper circa res absentes, aut non existentes versari nequeunt sensus externi: ergo dantur alii per quos bruta cognoscant res illas, ad quarum investigationem sæpius moventur. Ulterius caudas movent canes viso domino in signum lætitiæ: ergo memoriam habent accepti beneficii; et illos fugiunt, qui ipsis damnum intulerunt.

Plures operationes tribuuntur internis sensibus, et inde ipsorum numerus investigatur, et essentia exponitur. In primis ponitur sensus communis, qui non limitatur ad colores v.g.; sed ad sonos, qualitates tangibiles, odores, et sapores; ideoque dicitur communis sensus. 2º conservantur species, seu phantasmata, mediis quibus etiam absentia cognoscuntur sensuum externorum

obta: ad has operaones datr pota imaginativa. 3º ad cognoscenda insensata obta, vlt volitatem eorum, quę utilia, aut nosiva sunt aiantibus, datr potia estimativa, quę appetitui aialium proponat bonum ee fugere lupum, et pabula salubria quęrere, et ea vitare, quę nocumentum alatura sunt. 4º, ex obtis diversis, et speciebus eorum cognitio, vg hircocervus, et potia, quę defingit, phantasia nominatr. 5º memoria, seu reminiscentia datr, ut serpet ea, et retineat, quę percepta sunt p phantasiam.

Unde quinq sensus interni sententiam aliquorum Medicorum, ac Philorum adnumerantur, quem numerum etiam admitto, prąsertim cum non distinguantur realiter inter se, nec ab aia, sed tantum fvaliter: in ordine ad prędictas operaones, et obta optime possunt prascindi in aia quinq prędictę fvalitates sensus interni. Et licet plures Drs assignent, alii quatuor, alii tres, alii, unum sensum internum: cum distionem realem oes versantr; ideoq in nos nullam raonis efficaciam intorquent.

Restat examinandum, ubi resideat sensus internus? quem is tres 1º de partibus aialium cap. 1º putarit, internum sensum in corde residere: attamen cois sententia Galleni dicentis hac in re Aristotelem secutisse et fere oium Philorum, constituit sensus internos in cerebro. Probatr, q nimio studio defatigatr imaginatio, sed illa defatigatio, seu dolor sentitr in capite, seu in cerebro: q in illo e sensus internus, qui phantasmata format, dum intus discurrit; caput enim instrumentum e, q ad discurrendum requiritr, non tn cor. Hinc etiam e, ut studium noceat post prandium; q cerebrum attrahit spiritus, quorum defectu non recte peragitr ciborum concoxio, atq adeo debilitatr stomachus. Item dolente capite leditr imaginatio, nec eaum manus recte exequitr, q non ita accidit

322 corde dolente. Rursus somnia videntur in capite fieri, quod propterea maxime laeditur, et defatigatur, dum somnia plura confingant. Si roges, in qua cerebri parte constituendus sit sensus internus? rebo cum meliori sententia illos residere in duabus cavitatibus, quae cernuntur in anteriori parte cerebri supra cavitates oculorum: illae cavitates medulla cerebri plenae sunt. An vero ipsa medulla, an membranulae, quae medullam continent, sint propria sedes illorum incertum est. Ratio autem resolutionis est; quia in duas cavitates decurrunt nervi, qui deferuntur ad sensus externos: ergo probabilius apparet residere ibi sensus internos.

Quod vero affert Aures, ut suam sententiam probet nihil convincit. Primo; quia cor est primum spirituum, et mediam sedem corporis obtinet. Secundo; quia fatui homines vocantur excordes. Respondeo ad primum, cor sine esse primum spirituum vitalium, non vero aliorum, qui ad sensationes requiruntur, et quod mediam sedem teneat nihil probat, cum cerebrum teneat supremam, ac regiam. Ad secundum, dico amentes dici excordes; quia parum de rebus curant; sicut hominem cordatum dicimus, qui omnia perpendit, ac providere curat: hoc autem medio cerebro, non corde fit.

Caput 2um.

Querelarum aliquot examen.

Prima querela sit, utrum omnibus animantibus concedendi sint sensus interni? Licet quamvis negent aliqui imperfectissimis animantibus, probabilius est, sensus internos in omnibus reperiri: probatur; quia animantibus etiam imperfectis negari nequit appetitus sensitivus, cum motum aliquem exerceant, et se contrahant, dum compunguntur, et cibos applicent, sed ad id requiritur internus sensus: ergo; minor probatur; quia sensus externi non attingunt

rem, ut bonam, aut nocivam, qua raone debet proponi appetitui; sed ut appetitus eliciatur debet illa rao proponi; ergo ad illas operaones requiritur sensus internus in animalibus.

2a questiuncula, an sensus interni operentur per species eiusdem raonis cum iis, quae deserviunt ad operaones sensuum externorum? tenendum est, dari speciem ad actus sensuum internorum eiusdem raonis, ac sunt species sensuum externorum; illa enim quae provenit efficitur ab externis sensaonibus sic; et a speciebus, quae adsunt, dum operatur sensus externus, ab hac tamen specie, detrahitur internus sensus, cuius actus relinquunt sui speciem, quae deservit, ut iterum percipiant, quae prius obta fuerant.

3a questiuncula; utrum animantia percipiant obta insensata, vg convenientiam, aut disconvenientiam obti? cum Patre Suar De Lopheaia negative reo: probr sensus nullus animalis discurrit, sed discurreret, si perciperet obta insensata: ergo illa non percipit. minor probr; quia ex cognita figura, et colore obti externi deduceret, et inferret convenientiam, aut disconvenientiam. 2o quia talis cognitio non requiritur, ut ovis verbi gratia Lupum fugiat; sed sufficit si viso lupo, per naturalem institutum fugiat, aut viso pabulo, feratur ad illud: deinde, nec ad cognitionem illam dari possunt species; nam illae aut producuntur a sensibus externis, nec ab interno, cum iste debeat per species detrahi, quae aliunde proveniant. 3o quia rao convenientis, aut disconvenientis non est cognoscibilis, nisi per intellectum; sed si cognoscerent aliquid insensatum maxime predictam raonem: ergo nihil insensatum cognoscunt: maior constat; quia rao convenientis est relao raonis, quam nequit sensus percipere.

4a questiuncula, quid sit appetitus sensitivus? est facultas corporea, quae deservit animantibus, ut obta, quae illis proponuntur, aut amplectantur, aut fugiant. hunc appetitum in animantibus reperiri certissimum est; quando ad pabulum visum naliter feruntur excitante, et movente appetitione;

324 sic se habet in hoc, in pueris, et amentibus. Sed hic rogas 1°, quomodo detur in appetitu corporeus? quo requirit cognitionem proponentem appetitui obiectum, cum quo operetur; alioquin appetitus aliquod obiectum amplecteretur, aut odio haberet non posset: ast talis cognitio non sufficit ad libertatem; quia nulla ratio meriti, aut demeriti in brutis reperitur; et consequenter, nec libertas.

Dicendum cum Patre Molina, reperiri in brutis quoddam quasi libertatis vestigium, ratione cuius fiat, ut se in unam, aut alteram partem detrent, quando licet proponuntur obiecta cum aequali bonitate; cum non ratione cognitionis non trahantur bruta potius ad hanc partem, quam ad illam in ipsis est, ut potius huic parti, quam illi se applicent. Contra est cum communi sententia; nam iam vere eligerent bruta, et diceremus, ideo ad hoc pabulum accurrisse, et deseruisse aliud, quia voluerunt, quod quidem libertatem in ipsis denotat; quapropter si casus daretur, in quo aequalia duo sub eadem mensura, et distantia famelico bruto proponerentur pabula, tunc ad nullum accurreret, sed suspensum maneret, licet cum utrumque appetitus actum eliceret, ut experientia comprobant fide digni Auctores. Unde nec in hominis appetitu sensitivo reperitur libertas, cum haec formaliter consistat in voluntate.

Rogas 2°, qua ratione pendeat motus animalis ab appetitu? dico 1° motus cordis non pendet ab appetitu; quia licet appetitus nihil imperet, imo licet motum illum vellet suspendere, semper cor movetur; quia motus cordis non pendet ab appetitu, cum ad motum cordis moveantur arteriae, nec motus arteriarum pendeat ab appetitu, cum quo postat, ut diversus motus oriatur a corde ratione efervescentis sanguinis, aut alterius humoris. Dico 2° motus progressivus, motus item manus, pedis, aut capitis proveniunt ab appetitu imperante, qui quidem supponit cognitionem: unde motus illi absque cognitione non fiunt: idem dicendum de motu, quem non nulla exercent animantia, dum se deducunt, et contrahunt.

Liber tertius.
de anima rationali.

Cum libro 1° de aia in coi ñ nulla ad aiam roalem etiam spectantia expensa maneant, hic duntaxat, qd peculiare occurrerit agendum tertius liber propinabit: faxit, Deo annuente, calamus stylum perspicuitatem, methodum hucusq vobis probata promovere.

Disputatio 1a.
Natz, et proprietatum raonalis aiz indagatrix.
Caput 1m.
Leviora expenduntur.

Exista aiz raonalis á posteriori ex operaonibz ipsius recte colligitr, sicut ex operaonibz vitz vegetativz colligitr aia vegetatria, et ex actibz sensitivis aia sensitiva; cur ñ ex discursu, et ex affectu colligetr sufficientr exista aiz roalis? cuius defi quidditativa ex dictis libro 1° sic construitr; é actus corporis phisici organici potiá vitam raonalem habentis, quare ñ eget expositione. Hinc inferes definitionem ᴐpositi raonalis, methaphisicam vlt, homo é aial roonale: phicam vº, homo é ᴐpositum ex aia raonali, et materia unitis.

De spiritualitate aiz roalis diximus, quz sufficiunt agendo lib. 1° de indivisivilitate eiusdem, qd autem sit vera fra corporis, et substalis ᴐstat; qa é actus ls corporis, qui includitr in ᴐceptu essali ᴐa illius definitionem; ᴐceptus autem pvarius rei substalis, qualis é ᴐpositum humanum, nequit eé accidens; sd fra intrinca substalis unita; praeterea ᴐstituit unum pse substale cum corpore in ᴐpleto substali: qd debet eé

qd unitum, et substale. Sed inquires 1°, an aia roalis sit fra corporis etiam, ut roalis? quaestio haec movetur propter Caietanum statuentem in 1a parte quaest. 76, aiam roalem, ut sensitivam, et vegetativam, non vero ut roalem, uniri materiae: contra quem arguitur; nam tota, et integra aia se coicat materiae: ergo etiam coicat suum gradum roalem; atque adeo secundum qd est rationalis habet raonem fris corporis.

Quapropter censeo, coicari etiam corpori fraliter hunc gradum. Probatur 1°: quia tunc gradus intelligi potest coicari fraliter, qndo habet aut unionem, aut dispositiones, quae ad actus illius gradus requiruntur; sed hoc modo coicat aia suum gradum intelligendi: ergo; minor probatur: nam aia roalis in cerebro habet oia requisita malia, ut detretur ad intelligendum: ergo sic unitur cum illa materia, ut habeat unionem, aut dispositiones, quae requiruntur ut gradum illum intelligendi intra corpus exerceat.

Probatur 2°: quia rationalis animus constituit humanum compositum roale: ergo secundum fralitatem raonalis unitur etiam cum materia: probo consequentiam; nam si secundum rationalitatem non uniretur cum materia, nequaquam constitueret compositum roale; sicut si non uniretur secundum fralitatem sensibilis, non constitueret vivens sensibile: ergo si secundum fralitatem rationalis constituit compositum roale, unitur secundum illam etiam cum materia.

Inquires 2°: utrum aia roalis sit una numero in omnibus hominibus? Respondeo negative; quia sic definitum est a Concilio Lateranensi sub Leone decimo sexve octava. Hinc est, quod aiae post abitum a corpore non subintrent alia corpora, ut tenebant Pitagoras, aliique philosophi, item Manichaei, sic testante S. Augustino, lib. de Haeresibus cap. 46.

Inquires 3°, utrum aia in statu separationis habeat appetitum ad unionem cum corpore? Pater Oviedo controversia 16 de aia affirmat; quia aia natura sua est fra corporis: ergo natura sua habet appetitum ad corpus,

sd eandem naram retinet in statu separaonis: q eandem inclina- 337
tionem, et appetitum habet. Nihilominus tn negative satis facio; aliud n e aiam nara sua pore infrare mam; et aliud nara sua petere infrare mam: lm verum e, et 2m falsum: rursus animus esset in statu violento, qndo separatus existeret a corpore; sicut aqua e violenta sine frigiditate, et fra corporea sine ma; quoniam appetitum habent ad eas entitates; sd hoc e falsum; nam melio rem existendi modum, et operandi habet aia separata, qm intra corpus; liberatur n a molestiis doloris, tristitiæ, famis etta.

Respondet Oviedo, sm existere violenter in primo instanti, in quo separatr, q jam nate anteq haquit oia requisita ad unionem; n tn in reliquis instantibg subsequentibus. Sed Da 1o; nam aqua violenter existit n sm in primo, sd etiam in oibg instantibg, qq frigiditatem n habet, q fuit ex aia roalis. 2o; nam q d aia in cæteris instantibus prætr lm n habeat unionem tunc, n e cur unionem n appetat, si aliunde in eam inclinat; nam eo ipso petit eiusmodi requisita habere.

Inquires 4; an perseverent in aia separata species intellectuales, et habitus, quos comparavit, dum erat erat unita corpori? certum e in statu separaonis perseverare oes actus, quos exercet indenter a corpore, ut si actus intrus, voluntatisq; lt aliqui actus intrus, qui pendent a phantasmatibg in corpore factis, tunc n persistant. Etiam certum e, oes actus, qui eliciuntr a potiis corporeis oio destrui: q d si aliqndo operaones aliquæ corporeæ tribuuntr aiæ separatæ, debent accipi methaphorice, ut si fletus, et risus.

Quare Reo, sicut oes admittunt, perseverare in aia separata actus intrus, et voluntatis, ita species, et habitus in eadem servari, quos comparavit in corpore; sic Doctores con-et pr; q species intuales, et habitus n habent, unde pereat illis

 accidere destructio: ergo permanebunt in intellectu animae separatae; autem constat esse species; quia neutra alteri contrariatur: ergo persistent sine corruptione. De habitibus, licet verum sit, contrarium habere; tamen dum non adest contrarium, habitus incorruptibiles perseverabunt, quos acquisitos habet ab anima, dum erat in corpore. Hic plura alia possent agitari circa animam separatam; sed theologis remittam, quibus incumbit pertractatio.

Caput 2um.

Utrum anima rationalis sit ab intrinseco immortalis?

Supponimus 1°, omnino errasse aliquot Veteres Philosophos existimantes, animas omnes immortales esse; alios esse mortales omnes; alios, omnes corporeas esse: ast certissima, imo de fide Catholicorum sententia est, rationalem animam esse spiritualem, immortalem, et incorruptibilem; caeteras animas Brutorum et Plantarum corporeas, et mortales: cuius sententiae non facile rationem naturalem, ac philosophicam reddunt, etsi quam plura Veteris, et novi testamenti testimonia id contestentur: videantur theologi, et Philosophi.

Primo probari potest de anima rationali; quia non est ulla repugnantia, quod forma aliqua sit ex natura sua immortalis; neque enim pro rata immortalitatis cum ratione Creaturae, aut talis Creaturae pugnant, nam hoc ipso, quod non petat aeternitatem ante, et post, et possit per absolutam Dei potentiam annihilari, aut corrumpi, intra cancellos Creaturae continetur, etiam si sit immortalis. 2°, quaecumque non corrumpuntur; aut corrumpuntur, quia destruitur subiectum, a quo natura dependet, aut quia causae conservativae cessant a concursu; nullo modo ex his anima rationalis corrumpetur; non 1°, quia anima rationalis non pendet per se a materia, quae licet minima destruatur, permanere ipsa potest; non 2°, quia potius decet Deum animam rationalem perpetuo conservare; nam aliter miserrima esset iustorum conditio, felicissima improborum; quippe viri sanctissimi saepe hac vita nullum bonorum operum praemium, sed calumnias potius sustinent; quando vero improbi felicitatem omnem consequuntur; non igitur decet Deum, hos impunitos, illos

irremuneratos praetermittere.

Supponimus 1o. caeteras aias ee mortales, et corruptibiles, ut patet experia, et ipsa rao dictat, quarum n aiae brutorum, quaequam a corpore recoverint, perpetuo servantur; deinde aia dum existit vivit, sed cum aia bruti a corpore separatur non vivit: ergo moritur. probatur minor: quia operaones vitae brutorum omnio dependent ab organis corporum: ergo separatae nullam vitae actionem edere possunt.

His suppositis rogamus, utrum aia realis sit ex nara sua, et ab intrinseco immortalis, et incorruptibilis, vel solum sit ab extrinseco, velut ex mera voluntate, et ordinatione divina. Sunt qui asserant, aiam realem ee ab extrinseco tantum immortalem; ita Pr. Vasq. tomo 2o in 1m partem D. 82, et alii: sed caveant igitur porro dicti Aut., ut inquit Arriaga 1o de aia sect. 1a numero 1, a Concilio Lateranensi, ubi definitur, aiam sua nara ee corporis formam, et immortalem: cois, et tuta senta tuetur, aiam realem ab intrinseco, et ex nara sua ee incorruptibilem.

Probatur 1o. quia id est immortale ex nara sua, quod ex nara sua nequit destrui naliter ab agente creato, vel increato juxta leges narae; sed sic se habet aia realis: ergo. probatur minor, nam maior e certa; etenim agens nale nequit destruere, quod e independens a subto; qualis e aia spiritualis; nam virtus creata, sicut non potest producere aliquod, nisi sit dependens a subto, ita non potest destruere illud, nisi sit dependens eductive a subto. Praeterea, neque per suspentionem concursus agentis nalis potest destrui naliter aia realis; quia aia non dependet ab influxu agentis nalis operantis dentri a subto: neque suspentio Dei, ut agentis nalis fit, nisi circa terminum qui ex nara sua postulat id, eo quod sit defectibilis.

Ulterius nequit destrui per introductionem contrarii, etenim contrarium de novo introducendum petit suspentionem concursus formae dependentis a subto, ut

930 patet in ignem introductam in lignum, qui petit suspentionem concursus cum formam ligni: cum autem aia rōalis n̄ dependeat à subiecto, nequit suspendi concursus conservativus circa illam ratione dicti ignis potentis: relinquitur ergo aiam rōalem esse ex natura sua indefectibilem, et immortalem; quia nullus alius modus illam destruendi naliter excogitabilis est praeter assignatas, et nullus ex illis ei competit, imo illos respuit.

Sed ecce validissimus Achilles Vasquii, et aliorum: Deus potest absolute rem quamlibet creatam corrumpere: ergo quaelibet res est naliter corruptibilis à Deo: et sané à Deo corrumpi posse n̄ est dubium: quod naliter possit, probatur 1a. quia Deo nihil supernale est: 2o. quod à Deo potest corrumpi est ex natura sua corruptibile: ergo est naturaliter corruptibile à Deo: probatur ans; quia ideo Deus potest rem corrumpere absolute, quia ipsa potest corrumpi: sicut potest Deus rem producere absolute, quia ipsa potest secundum sua praedicata essentialia produci, nec repugnat produci. Confirmatur negatio, quae est corruptio opposita actioni conservativae nalis est; sicut et actio opposita naturalis est: ergo corruptio est nalis animae rōali.

Rettr tn secundum doctrinam in Phisicis à nobis statutam, rem dici posse nalem secundum se, supernalem vero, aut praeternalem ex eo quod contra leges, aut praeter leges, et fines naturae operetur, licet n̄ superet vires agentis: unde Deus dicitur causa nalis cum operatur secundum hos fines, et leges; praeternalis, aut supernalis vero dicitur, quando eos fines, et leges non curat. Igitur concesso antecedenti, negatur consequentia; ad primam probationem distinguo ans; nihil est supernaturale Deo, si attendatur eius potentia secundum se independens à legibus naturae; concedo antecedens: si attendatur eius potentia ligata legibus naturae, nihil est Deo supernaturale; nego antecedens: respectu illius potentiae ligatae quidquid operatur Deus supra naturae leges, supernaturale est.

Ad 2am probationem distinguo antesedens, quidquid à Deo potest corrumpi est ex natura sua corruptibile, ide secundum leges suę naturę est corruptibile; nego ans. id à q. repugnat naturę suę corruptio; concedo antesedens: sicut neque naturę ignis repugnat calore pribari; at vero pribatio esset preternaturalis, quia ignis naturaliter postulat calorem.

Neque urget, ut res possibilis posit produci; tantum n. convincit, rem possibilem esse supernaturaliter saltem producibilem, non vero naturaliter. Ad confraonem omitto, negationem ſm se esse naturalem; est tamen supernaturalis, eo quod ponatur tunc, quando natura postulat, ne ponatr.

Hinc inferes, solutionem difficultatis à nobis propositę libro 1o de anima De 1a cap. 3o, utrum anima rationalis posit posit constituere compositum incorruptibile ab intrinsco: ex ibi dictis de composito sensitivo, et in hoc capite dictis, certum apud me est nullam repugnam in eo reperiri, qd constituat illud incorruptibile ab intrinco alterius inquam speciei à nostro, nec ullum incommodum sequitr; nam inprimis lt dependea stricta à corpore in eaone eductio hi, qualis reperitr in fra corporea, lt dependea essalis, quę reperitr in modo corporeo, arguat imperfectionem; dependea autem à corpore media unione incorruptibili illam n. arguit, imo perfectionem maiam dicit, quę decet spiritum, et aiam ralem, ut constituere compositum incorruptibile.

2o. lt dependea operaonum spiritalium à sensibus corporeis affectis 1is qualitatibus, arguat corruptionem; n. item dependia à sensibus preditis qualitatibus alterius ordinis, quę n. haberent 2a rium: sic sibi itra alia incommoda, quę obiici poterant, expugnari queunt.

Disputatio 2a

de intellectu, eius obiecto, speciebusque.

Caput 1m.

quid sit intellectus, illiusque obiectum inquirit.

Intellectum esse in hoc, nullus hucusque negavit; est igitur potentia cognitiva spiritualis; per verba potentia cognitiva convenit intellectus cum reliquis sensibus internis, et externis, qui formaliter sunt potentiae cognitivae: differt autem à voluntate, quae formaliter non est cognitiva: per vocem spiritualis, cum voluntate convenit, quae formaliter est spiritualis, quia ordinatur ad spirituales actus eliciendos; et differt à reliquis potentiis, quae formaliter sunt corporeae, siquidem ordinantur ad corporeos actus producendos.

Ubi advertendum est, in praesenti nos vocari potentiam spiritualem illam, quae in entitate sua spiritualis est, nam in hoc sensu omnes animi rationales potentiae spirituales sunt, et nulla corporea, quia omnes identificantur cum anima spirituali: sed vocamus potentias spirituales illas, quae formalissime sunt ad vitales actus spirituales: et corporeas illas, quae formalissime sunt ad vitales actus corporeos eliciendos.

Communiter dividitur intellectus in intellectum agentem, et passibilem, seu possibilem, ut male Philosophi quondam pronuntiabant: intellectus agens est, qui species producit; passibilis tamen, qui efficit, et recipit cognitionem per quam denominatur intelligens: de hoc itaque intellectu passibili quomodo denominetur intelligens per cognitionem, seu intellectionem, et in quo consistat essentia intellectionis, seu actus vitalis, diximus satis lib. 2o de [illegible]. De intellectu vero agente cap. sequenti agemus, cum species illius, quas producit ad examen exegerimus.

Sed notandum est, in hac divisione

n̄ poni duas intrus realiter distos; sed explicari duo munia eiusdem intrus beneficio nostrae rationis distinctae; et l'et potentiae aiae, et intrse realiter distinguerentur, n̄ ideo deberent distingui realiter intrse intrus agens, et passibilis; quia eiusdem potie ē intelligere, et efficere species, quae sunt instrumenta ad intelligendum.

Hinc scies, in qua corporis parte resideat intrus, et fiat intellectio: intrus igitur existit in toto corpore, ubi existit aia; quia cum illa identificatur: imo l't distingueretur, deberet adhuc in toto corpore existere; quia ē passio aiae indivisibilis; et passio existere debet ubicumque radix existit. Ast intellectio primum fit, et existit in cerebro; quia ibi adest temperatum aptum, ut producatur, et recipiatur.

Scies item, quod sint actus intrus; tres enim sunt precipui; apprehentio silt, iuditium, et discursus, de quibus in Logica satis superque actum ē.

Restat expendendum obtum proprium intrus; ē igitur omne imaginabile, cognoscibile, incognoscibile, positivum, negativum, pole, impole, necessarium, contingens, male, inmale, substale, accidale, et si quae alia huiusmodi sunt: unde sibi contra diceret, qui affirmaret, aliquod ex his n̄ eē obtum intrus; vere enim iam illud intelligeret, et haberet pro obto, ut de tro transcendenti in Summulis defensabamus.

Dubitandum n̄ obis tn 1o: an sit polis aliquis intrus specie distus ā nostro, qui sit cognitivus aliquorum entium, et n̄ oium? Resp.o affirmative. 1o quia l't ens, et omne contentum sub ente sit obtum intrus nostri, siquidem quamvis rem differentiam entis saltem confuse apprehendimus; tn n̄ repugnat alius intrus, qui primum aliquas entis differentias apprehendere posit. 2o ā paritate; quia n̄ quaevis potia malis attingit oia obta malia: ergo n̄ ē opus, ut quaevis potia spiritalis extendi posit ad omnia obta spiritalia cognoscenda.

Dubitandum ē 2o: an sit polis intrus distus in specie ā nostro, et habens idem obtum

ere cum illo? (respondetur) affirmative; quia intellectus non solum specificatur ab obiecto, sed a modo tendendi in illud: sic apprehensio, et iudicium possunt habere idem obiectum, et tamen semper distinguuntur in specie propter diversum modum apprehendi illud: posset igitur ille intellectus separatus clarioribus respicere illud idem obiectum, quod respicit per obscuriores noster intellectus.

Dubitandum est 3o, an obiectum intellectus humani sit verum? Respondetur, nomen istud verum duas acceptiones sortiri: 1a pro intelligibili; 2a pro ente vero, et reali: Dico 1um obiectum adaequatum intellectus nostri est verum, quia obiectum adaequatum intellectus est intelligibile et cognoscibile. Dico 2um non verum omnino est adaequatum obiectum, sed inadaequatum intellectus nostri. Ratio quia licet intellectus possit cognoscere omnia entia vera, et realia; potest tamen alia cognoscere, quae non sunt vera, et realia entia, quales sunt negationes, privationes, et alia.

Dubitandum est 4, an intellectus feratur in obiectum prout verum? Respondetur 1o, intellectum reflectere reflexione formaliter supra suos actus, et cognoscere eos esse veros; et cognoscere illud obiectum esse verum; id est cum veritate cognitum. Respondetur 2o, quemlibet intellectus actum praesertim iudicativum, sive verum, sive falsum, sive affirmativum, sive negativum reflectere virtualiter supra se affirmando virtualiter, et implicite se esse verum, et cognoscere obiectum illius esse verum, hoc est cum veritate cognitum: unde hoc sufficit, ut dicatur quemlibet actum iudicativum ferri in obiectum prout verum, quin cognitio formaliter supra se ipsam reflectat.

Caput 2um.

Quarum rerum species intelligibiles dentur determinat.

Dictum itaque est lib. 2o De 2a; nos cum sententia adhaerere communi species intelligibiles admittendas; quare examinatum pergimus, quarumnam rerum species has intellectus producat? sit 1a difficultas, an ita dentur species in intellectu nostro, ut possit eodem, et unico actu attingere plura, ut plura? non enim est dubium

quin possint attingere plura, ut unum eodem actu, ut quando affirmatur omnis homo est animal. Similiter dubium non est, quin pluribus actibus possit exprimere plura, ut plura, licet oppositum tenuerit Durandus apud Patrem Suarez de anima secc. nuro 62, eo ductus fundamento, quod non possit intellectus habere simul plures actus: sed id aperte est, nam saepius existit simul apprehensio, et iudicium, conclusio, et praemissae realiter distinctae.

Circa praesentem difficultatem notabis dupliciter id posse evenire, primo, quando intellectus enuntiet pluralitatem de subiecto, ut si dicat Petrus, et Paulus sunt plures homines, quod est attingere plura, ut plura in actu signato: et hoc modo bene attingi possunt unico actu plura, ut plura: secundo quando de subiectis duobus enuntiet praedicata, quae sunt plura, et distincta secundum suam rationem differentialem; ut si dicat, Petrus est rationalis, et Equus est irrationalis; quod est attingere plura, ut plura in actu exercito, ut communiter dicitur: hoc autem secundo modo disputari oportet, in quo Pater Suarez de Fide secc. nona negativam partem tenet: oppositam vero defendit Pater Hurtado, Pater Oviedo controversia 3a de anima, et communiter DDs.

Placet haec 2a sententia, quae hac ratione efficaciter suadetur: ideo non posset intellectus plura, ut plura cognoscere, quia semper quando plura cognoscit, teneretur illa cognoscere ut unum, sed hoc est falsum: ergo; maior ex ipsis adversariis constat, probatur minor pluribus exemplis 1o; quia dum intellectus cognoscit plura, ut plura 1o modo; quin negari non potest, non cognoscit plura, ut unum: ergo similiter 2o modo: 2o; quia per istum actum Petrus non est lapis, non cognoscit intellectus plura, ut unum: quia non cognoscit Petrum, et lapidem, ut identificata, sed potius, ut plura, et distincta inter se.

3o unicus actus visionis corporeae potest cognoscere plura, ut plura: ergo similiter dicendum de unico visionis intellectualis actu: antecedens probatur; quia unico actu video duos homines, ut dissimiles inter se; nam unum video esse nigrum, et alterum esse album: ergo attingo illos, ut plures. Hinc notabis, unicam rationem duplicis

336 obti posse procedere à duplici specie; s.t potest procedere dup-
lex respratio, quae seorsim tendat in illud duplex obtum et pa-
tet q. species de Petro, et species de lapide sl concurrunt ad hoc indi-
visibile iudicium Petrus n e lapis: ergo duplex species duplicis obti po-
test iungi ad efficiendam unicam reprationem utriusque obti.

Notabis
etiam unicum actum intus, si repraesentet plura, ut plura, posse
sortiri diversas denominationes, vel ut ee verum, et falsum; evidentem, et
obscurum; hoc e o u diversorum obtorum, licet n posit o u eiusdem obtu,
ex quo nullum incommodum sequitur.

Fit 2a diffas, utrum p species intel-
ligibiles eidem veritati posit idem met intus assentire, et sl dissen-
tire? 1o certum e, eundem intum posse sl assentire, et dissentire diver-
sis obtis; sic n. p assensum affirmo, Petrus e homo: et p dissensum etiam
affirmo, Equus n e Deus; quas duas veritates p unicum, et indivisibil-
em actum, l. p duas negativas distas exprimere possum: quare s.m diffas,
utrum intus posit affirare sl, Petrus existit, et n existit, advertendo vel
repugnantiam in affirmatione utriusque extremi.

2o certum e, eidem ve-
ritati posse unicum intum assentire, et dissentire successive; nam saepi-
us intus mutat opinionem, et cui antea praebebat assensum, modo
propter motiva, quae sese offerunt, deinde praebet dissensum. 3o, si intus
n advertat repugnam in eo, q.d idem obtum sl existat, et n existat,
bene posse iudicare, illud simul existere, et n existere.

Finaliter lo-
quendo coniungi n posse sl assensum, et dissensum in eodem intu erga
idem obtum: unde nam hoc proveniat, iudico n. hanc incompatibili-
tatem, et repugnam, in intu oriri ex ipsius met intus natura
cognita p experiam: etenim intus talis e, ut n posit assentiri
obto, q.d proponitur, ut falsum, id quod indicat, n existere Petrum,

proponitur illi ut falsum, quod idem Petrus existat: ergo non potest tunc assentire existentiae Petri, et dicere, quod Petrus existat: minor patet, quia intellectus ipse loquendo semper advertit, quando unum contradictoriorum adest, non adesse aliud, quia impossibilis est utriusque coniunctio: ergo quando iudicat non existere Petrum illi proponitur ut falsum, quod idem Petrus existat.

Solum restat dubium, an supernaturaliter sit possibilis assensus ille et dissensus? 1a sententia affirmat, supernaturaliter posse coniungi actus assensus, et dissensus simul; ita Pater Oviedo controversia 6a de anima puncto 6o cum aliis: 2a sententia cum Patre Suares, Arriaga de 6a de anima sectione 1a, nobiscum et tenent, nec supernaturaliter coniungi posse, si de intellectu de facto existenti sermo sit; secus de possibili intellectu dicendum dene[?]que utrumque actum, vel unicum actum assentientem, et dissentientem eidem obiecto: probatur 1a pars; nam ad hoc ut intellectus de facto existens utrumque vel unicum actum predictum coniungeret simul, opus erat, ut haberet virtutem intrinsecam, et realem, qua predictos actus pati posset; sed nobis non constat de tali virtute: ergo neganda est: patet consequentia; nam quando in examen vocamus, an entitas existens de facto habeat aliquam potentiam, nec ne? deneganda est, quando urgens fundamentum non datur ad illam concedendum, ut saepius docent Philosophi, et variis in locis nostrae Philosophiae docuimus.

Caput 3um.

2a difficultatis pars resolvitur.

Si non loquamur de intellectu non de facto existenti; sed alio possibili, iudicamus non repugnare intellectum, qui licet naturaliter impotens sit eos duos actus coniungere, possit tamen supernaturaliter: et patet 1o, quia nihil specialem repugnantiam reperitur in his formis intentionalibus, quod non reperiatur in aliis, quae dici solent phisicae, ut calor et frigus: ergo sicut istae possunt coniungi supernaturaliter, etiam illae. 2o, quia ideo non possent coniungi, quia est contra naturam intellectus ha=

348 habere dissensum, quando habet assensum; et evidentia, quod haec ratio nulla est. Ergo probatur minor: quia etiam contra naturam intellectus est elicere actum, quando petit illum elicere, v. g. non inferre conclusionem, quando habet praemissas, et videt illationem, et tamen Deus potest isti violentiam inferre, negando concursum ad conclusionem, licet illum obtulerit ad praemissas: ergo similiter; licet intellectus petat non habere dissensum, quando habet assensum, poterit tamen Deus non cessare a concursu erga dissensum.

Sed contra hanc solutionem sic arguitur 1º, qui elicit hunc actum, Petrus currit, virtualiter dicit, se non habere alium, qui replicat, Petrus non currit: ergo isti duo actus non possunt coniungi etiam supernaturaliter in eodem intellectu. Respondetur, omisso antecedente, negando consequentiam propter multa; tum quia etiam propositio externa scripta, vel prolata, quae affirmat unum contradictorium, virtualiter asserit, non affirmari aliud, et tamen utrunque potest affirmari per externam propositionem: tum quia etiam summus calor virtualiter dicit non adesse summam frigiditatem, et tamen potest supernaturaliter adesse. Tum quia bene potest intellectus non solum virtualiter, sed etiam formaliter dicere, se non habere aliquem actum, et tamen revera potest illum habere; quia potest falli.

Arguitur 2º: si darentur illi duo actus in eodem intellectu, iam denominaretur intellectus assentiens, et dissentiens eidem obiecto; sed hoc repugnat: ergo. Confirmatur, nulla potentia ferri potest etiam supernaturaliter extra suum obiectum; sed falsum cognitum, ut tale, est extra obiectum intellectus: ergo in illud ferri non potest, ergo non potest affirmare, Petrum non existere, quando cognoscit eundem Petrum existere, nec posse cum existentia coniungi negationem existentiae.

Respondetur, negando maiorem; quia potest Deus se solo producere, et collocare illos in intellectu hos duos actus, quibus intellectus proinde non denominaretur assentiens, neque dissentiens; nam istae denominationes petunt receptionem, et productionem actuum ut supra diximus. Ad confirmationem vero, concessa maiori, distinguendo minorem: falsum cognitum, ut tale est extra obiectum intellectus naturaliter

apparentis; concedo maiorem; supernaliter apparentis; nego maiorem: sicut non stat bene, quod intrinsecaliter non possit elicere actum, quem supernaliter producere potest; ita similiter bene stat, ut naliter ferri non possit in aliquod obiectum; possit tamen supernaliter, quod Deus illi violentiam infert, ut esse illud verseta.

Arguitur 3o. sequeretur ex inde, quod Deus esset causa spetialis, et precipua erroris in intrus, sed hoc est impossibile. ergo. probatur maior; quia intrus cum universali concursu Dei non potest concipere assensum ad presentiam dissensus; neque econtra dissensum ad presentiam assensus: ergo ut unumquemque ex his actibus ad presentiam alterius concipiat, eget spetiali, et uberiori concursu Dei: ergo Deus illum conferens esset causa spetialis, et precipua erroris, quem continet illorum actuum coniunctio.

Respondetur, negando maiorem; quia tunc non daretur error formaliter in intrus, sed in actibus ipsis: vao dico, quia tunc non consideraretur intrus percipiens, neque cognoscens, et consequenter neque intentionaliter errans; sicut lapis non erraret formaliter, si haberet eos duos actus. Respondetur aliter concessa maiori, negando minorem; quia non video, cur Deus non possit esse causa precipua erroris in intrus; cum hic error non sit moralis; sed phisicus, qui consistit in coniunctione illorum actuum: insuper sicut Deus in sententia plurium potest esse causa precipua erroris in actibus, quos potest eos producere se solo extra omne subiectum: ergo etiam potest esse causa precipua erroris in intrus.

Arguitur 4. sicut se habet bonum quoad appetitus, et inclinationis qualis cuiusque rei; ita verum se habet respectu assensus, quia inclinatio, et propensio intrus in obiectum, sed solum id, quod est bonum, est terminus appetitus; et inclinationis malis: ergo solum id, quod est verum, est terminus assensus.

Respondetur 1o. assensum in predicto casu non esse in clinationem intellectus; quia potius asset contra eius inclina tionem elicere, et con servare illum, cum videret eius obiectum esse falsum falsum.

q. 4o ẽẽ falsum. Rẽtr 2o, inclinationem, siue assensum intrus ponẽ saltem supernalitr in falsum tendere, nõ tn inclinationem, siue appetitum nalem in malum: rao ẽ; quia nalis appetitus ẽ ipsamet ẽẽ rei appetens id, qd sibi congruum ẽ; et eo ipso, qd sit congruum, implicat, qd illud appetat; quia noe appetitus intelligimus propentionem ad bonum: at assensus nõ ẽ inordine ad verum; potest tn ẽẽ ad falsum, in qo nulla ẽ repugna. Mitto hic male dici, qd assensus sit inclinatio, et propentio in obtum; propendere n. et inclinare nõ ẽ de intru; sd de voluntate dicitr: intrus dicitr trahere obtum, voluntas tn dicitr ferri, et rapi ab obto.

Disputatio 3a.

qd sit verbum mentis, ubi de memoria agitr. Caput 1m, utrum intellectio claudat fvalitr verbum declarat.

Verbum quoad praesens attinet dupliciter sumitr, 1o pro omni tro vocali, signo, seu voce significativa ad placitum, qua loquimur externe: unde facere verba, dicimur, cum loquimur, et sonos significativos proferimus: 2o sumitr pro conceptu fvali intrus, seu expressione fvali, cogne ve, qua nobis exprimimus intonalitr aliquod obtum: quare producere hanc cognem, ẽ interne loqui: hanc 2am acceptionem verbi, docet Scriptura Psalmo 13 dixit insipiens in corde suo, et aliis pluribq in locis. Utramq significaonem verbi vocalis, et mentalis complexus ẽ divus Augusti, libro 15 de trinitate cap 11, verbum, inquit, qd foris sonat, signum ẽ verbi, qd intus latet, cui magis verbi competit noen.

Rogamus igr in praesenti, utrum detr aliqua cognio, seu intellectio creata, quae nõ sit verbum, aut fvalitr nõ claudat illud: ad cuius enodationem dicesit

defio verbi interni, de quo loquimur ad mentem Philosorum, et Theo=
logorum, e n expressa obti repratio ab intru producta: unde duo paria
st ad verbum internum; 1m, q sit obti repratio: 2m, q sit productio
ab intru proveniens, seu actio, qua actualitr intrus producit repraonem
obti; cum autem in nostra senta repratio obti, et ipsa actio identificentr,
inde e, quod verbum, quo intrus interius loquitr constituatr fralitr p actio=
nem, et ipsam repraonem obti.

Ex pr iacta defione infertr 1o in nulla
alia potia vitali dari proprie verbum, nisi in intru; q aliae licet repre=
sentent, et percipiant sua propria obta, id n sufficit; sd ulterius nece=
se e, q repratio fiat ab intru. Infertr 2o, intellectionem essalem Dei,
l illius substantiae creatae p se ipsam intelligentis, n ee verbum; q n e pro=
ducta. Infertr 3o, filium divinum ee verbum, q e expressa obti repratio
ab intru Patris producta: at vo Spiritum sanctum n ee verbum; q n produ=
citr p intrum, sd p voluntatem. unde verbum in divinis n e aliqd coa
sd notionale, et conveniens solum secundae Personae trinitatis; q sola ipsa
producitr p intrum; Pater tn n producitr, et Spiritus S. producitr p vo=
luntatem.

Hoc supposito, oes fere Thomistae autumant, intellec=
tionem creatam n ee fralitr verbum; sd illud requirat tanqm medium,
in quo prius cognito intellectio cognat obtum. utraq tn pars ab omnibus illus
praesertim nostrae Societatis reiicitr, et a nobis iterum reiicienda e:
quare assero 1o. intellectio creata fralitr e verbum internum: p r; q
verbum n e aliud, quam expressa obti repratio ab intru producta;
sd intellectio e expressa obti repratio ab intru producta; q intellec=
tio e fralitr verbum; coa e evidens, et utraq praemissa constat ex
dictis ca actum vitalem.

Assero 2o, verbum n requiritr, tanqm
medium, in quo praecognito, cognoscatr obtum ab intellectione: p r 1o;
q verbum cognit obtum, et tn n praesupponit aliud verbum, in quo

 cognat illud: ergo ut intellectio cognat obtum, non debet praesupponere verbum, in quo illud cognoscat. Probatur 2o: quia voluntas fertur immediate in obtum, et non in aliquod prius amatum, ut concedunt thomistae: ergo similiter intellectus. 3o: quia juxta thomistas Beatus per visionem beatam fertur in Deum sine praesupposito verbo: ergo etiam potest ferri in alia obta. Neque satisfaciunt, dicendo Deum esse intime praesentem Beato; non autem reliqua obta, nam ex hoc infertur, saltem in ea obta, quae non fuerint absentia, posse intellectum ferri sine praesupposito verbo; et consequenter posse in hac vita cognoscere Deum, quin efformet verbum, quod ipsi negant. Quarto quando praecise affirmo Petrus currit, solum enuntio Petrum currere, et nihil aliud exterius interiusve repraesento: ergo non attingo medium aliquod, in quo Petri cursum cognoscam.

Ast 1o obiiciunt thomistae: quia saepius obtum cognitum est absens: ergo necessarium est aliquod medium proximum, videlicet verbum, in quo cognoscatur. Hoc argumentum nihil probat, quando obtum est praesens: deinde ex illo probatur, ante verbum debere aliud verbum praeire, quia obtum illius est absens: re igitur distinguendo antecedens; est absens physice, et realiter, concedo antecedens; intentionaliter, nego antecedens: licet enim obtum sit realiter absens; est tamen intentionaliter praesens per sui speciem impressam, a qua determinatur potentia, ut in illud tendat, quin requiratur praesuppositum verbum.

2o obiiciunt; invariato obto, variatur visio: ergo quia variatur verbum, seu medium, in quo cognoscitur obtum. Contra thomistas hoc argumentum invalidat, quia invariato obto, variatur amor, et variatur etiam verbum, et tamen non concedunt aliquod medium praesuppositum ad verbum, vel ad amorem: concesso antecedenti, nego consequentiam; quia ea variatio visionis provenit a variatione speciei, pro cuius imperfectiori, vel meliori conditione melior, vel imperfectior evadit visio.

Ex dictis inferam, non posse dari aliquam intellectionem creatam sine eo quod per illam intellectus formet, seu producat verbum; nam juxta S. Thomam verbum nihil aliud est, quam quaedam emanatio ab intellectu per modum manifestationis, sed in omni

intellectione creata datr emanatio ab intra p modum manifestationis: ergo in omni intellectione creata datr verbum: prob. minor, q intellectio, sive sit actio, sive qualitas, sive utrumq; in nostra sententia, est aliqd ab intra dimanans, item p modum manifestationis dimanat, cum intellectio constituat obiectum presens intentionalitr. Hinc etiam est, hec nomina, intellectio, dictio, cognitio, notitia, representatio, cogitatio, et siqua sint alia, esse idem essentialitr cum verbo.

Caput 2m.

De memoria sermonem instituit.

Non hic inquirimus de memoria sensitiva, de qua lib. 2o; sed de potentia memorandi, que datr in hoc, et qua species rerum preteritarum servantr ad recordationem, q patet Luce 16, fili, recordare, qd recepisti bona in vita tua: memoria nihil aliud est, quam preteritorum recordatio, seu repetita cognitio; se pius incogne repetimus ea obiecta, que aliquando p(rim)o cognovimus; et talis cognitio, qua iterum ac se pius ea obiecta semel apprehensa cognovimus, et mente inculcamus, dicitr memoria.

Circa hanc ergo potiam 1m dubium versatr, an memoria distinguatr ab intellectu? rndetr ex dictis in nostra sententia, nullatenus distingui realitr: et si admitterem potias realitr distinctas ab anima diceremus ego, memoriam non distingui realitr (non tantum formalitr) ab intellectu; et ratio est, q memoria est actus intellectus; sed omnes actus intellectus ab eadem potentia intellectiva dimanant: ergo memoria non distinguitr ab intellectu. Ulterius eiusdem virtutis est 1o cognoscere obiectum, et 2o cognoscere; sed memoria est, qua rem cognitam prius iterum cognoscit: ergo est una, et eadem potentia cum intellectu 1o cognoscente omnia obiecta.

2m dubium, quotuplex sit memoria? rndeo esse duplicem, aliam directam, et reflexam

3ª Et aliam: directa est, qua iterum cognimus obta semel à nobis cognita: reflexa est, qua cognoscimus obta iam à nobis antea cognita esse: 1a habet pro obiecto solam rem aliquando cognitam: 2a vero habet rem, et cognitionem ipsam directam pro obiecto.

3m dubium, utrum actus, quo iterum cognoscorem, et dicitr memoria distinguatr specie ab actu, quo primum illam cognovit. Resp. negantr; quia neque 1a cognitio petit essentialitr esse 1a neque cognitio repetita prissupponit essentialitr aliam cognem antem eiusdem obti, sed omnes istae sunt extrinsecae denominationes provenientes praecisè ex eo, quod praecesserit, vel non praecesserit alia cognitio: quo cum omni alio conveniant isti actus, tenendum est, illos in re minime specie distinguí.

4m dubium; an ut cognio dicatr memoria, opus sit, quod praecesserit oblivio, aut cognis sessatio. Resp. affirmative; quia eorum, quae semper in intellectu habemus non dicitur recordari, sed actu illa intelligi. Hinc est, ut in Deo non detr memoria, quia nunquam cessat à cogne, quam semel coepit de obto; sed semper in ea perseverat: unde si aliquando in Sagina dicitr Deus recordari, aut oblivisci; tantum per metaphoram interpretandum nobis est.

Disputatio 4a.

de voluntate, eius actibus, obiectoque. Caput 1m.

quid voluntas, quodque eius actus, statuitur.

Non de appetitu sensitivo, qui consequitr sensitivam, et corpoream operationem, et reperitr in omnibus viventibus, quae cognem habent, nobis est sermo; sed de appetitu rationali, qui ex directione potentiae intellectivae suos actus exercet, et reperitr duntaxat in homine, hic enim appellatr voluntas, quae sic definiri gaudet, est potentia vitalis elicitiva actuum spiritualium appetendi bonum, et fugiendi malum: sic enim voluntas fertr erga suum obtum, vel id fugiendo per actum odii, vel id amplectendo per actum amoris. Hinc colliges definitionem actus voluntatis in communi, est actus vitalis

spiritalis appetendi bonum, vel fugiendi malum.

Modo quae selebriores actus voluntatis divisiones, etsi non accipiendae in rigore dialectico, nam plures non sunt adequatae, sic communiter exponuntur: dividitur primo actus voluntatis in simplicem complasentiam, et simplicem displicentiam: illa est actus, quo voluntas amat obiectum non curando de illius consecutione: haec est actus, quo voluntas abersatur obiectum non tamen intendendo vitare illud. ita quod sicut apprehentio simplex dicitur talis, quia neque fert iudicium de obiecto, neque intellectum cogit ad iudicium ferendum de illo, ita complatentia, vel displicentia dicitur simplex tum quia caret energia, quam habet actus efficax ad consequendum, vel fugiendum obiectum; tum quia non determinat voluntatem, neque cogit ad eliciendum actum efficacem predictum, sed omnino suspensam relinquit.

Dividitur 2o in amorem concupisentiae, et benevolentiae: amor concupisentiae est affectus, quo diligo aliquid propter commodum, quod affert mihi, vel alteri creaturae rationali: amor benevolentiae est affectus, quo diligo creaturam rationalem propter bonitatem, quam in ipsa video independenter a quovis alio respectu. Dividitur 3o in actum efficacem, et ineficacem; actus efficax voluntatis est, qui detrat voluntatem, et cogit ad aliquid faciendum. verbi gratia desiderium sanitatis, quod habet egrotus, detrat illum ad querenda, et applicanda remedia, quibus obtineatur salus: actus ineficax est, qui non detrat, neque cogit voluntatem ad aliquid faciendum; talis est affectus, quo Nauta periclitans desiderat merces retinere, et non projicere in Mare, qui tamen illas proiicit, et non retinet, quare tale desiderium dicitur ineficax.

4 dividitur in intentionem, electionem, et executionem; intentio est actus, quo voluntas desiderat finem consequi: procuius explicatione sciendum est, obiectum desideratum a voluntate posse esse in duplici differentia: primo ita ut non nisi per media possit consequi illud, qualis est sanitas, quae non obtinetur nisi per applicationem Medicinae: 2o ita ut voluntas per se ipsam possit illud prestare, ut quando

348 voluntas desiderat, et imperat sibi productionem actus interne charitatis, que à sejpsa independenter ab extrinsecis principiis elici potest. Obiectum 1o modo desideratum vocatur finis, quia est in ordine ad media, et propter quod consequendum aliquid aliud fit; et eius desiderium dicitur communiter intentio: obiectum vero 2o modo desideratum non dicitur finis, quia in ordine ad illud obtinendum, nihil de novo fit; neque desiderium illius vocari solet intentio.

Electio est actus, quo voluntas appetit adhibere medium propter finem consequendum; ut cum ægrotus vult sumere potionem ad obtinendam sanitatem: ubi nota 1o, voluntatem eligentem medium præsupponere in intellectu cognitionem proportionis medii cum fine; imo in ratione electionis constitui per talem cognitionem; nam casu, quo voluntas amaret id, quod est medium ad finem, et intellectus non cognosceret, esse medium; talis amor, et appetitus non diceretur electio.

Nota 2o, appetitum medii non dici electionem, nisi quando plura media occurrunt, et inter ea voluntas aliquod eligit; nam eligere est inter plura seligere: unde si unicum solum medium occurrat, voluntas illud præstandi non est, nisi impropie electio. Nota 3o, quod obiectum electionis debet esse aliquid faciendum à nobis; quia vero non nostri non est medium aptum ad consequendum finem id, quod non est in potestate nostra: unde non est electio actus, quo desidero, ut alius ponat medium ad finem intentum.

Executio, sive actus exequens est, qui applicat immediate potentiam externam ad exequendum media, et finem obtinendum: nam posquam voluntas eligit medium, potentia executiva, que solet esse externa, illud exequitur, et tandem finis obtinetur. Ubi notabis 1a plures Doctores eundem actum, qui finem intendit, applicare potentiam ad exequendum illud, et consequenter esse intentionem, et executionem finis: similiter eundem actum, qui eligit medium applicare potentiam ad exequendum illum, et consequenter esse electionem, et executionem medii: unde non est necessarium ponere actum, qui medium exequatur

ipso quam ē electum à voluntate, et alium actum, qui exequatur finem posquam intentus ē, et posita sūt media; illi n. actus sufficiunt ad utrumque munus obeundum: ergo alii non sunt necessarii.

Quinto dividitur in actum conditionatum, et absolutum. Conditionatus ē duplex: vel conditionatus ex parte obiecti, vel ex parte actus: conditionatus ex parte obiecti ē, qui vult aliquid prestare, si detur aliqua conditio: ut actus, quo decerno dare Petro effigiem, si attentè, et devotè recitaverit Ave Maria; quod si conditio sit difficilis, vel moraliter mihi impossibilis, actus, quo sub illa desidero aliquid prestare, vocatur velleitas, et solet explicari per verbum vellem, ut si pauper dicam, vellem dare elemosynam, si mihi suppetant divitiæ. Actus conditionatus ex parte actus ē, qui existeret, si daretur aliqua conditio: ut si Antichristus produceretur Hispali, haberet voluntatem occidendi omnes homines ibi commorantes.

Actus absolutus ē etiam duplex; qui explicatur per negationem conditionis, et opponitur duplici actui conditionato, quem explicuimus: absolutus, ut opponitur conditionato ex parte obiecti ē qui decernit aliquid independenter à conditione posita ex parte obiecti: ut cum absolute dico, volo elemosinam dare: absolutus, ut opponitur conditionato ex parte actus ē, qui sub aliqua conditione non daretur: ut si Antichristus modo existeret, non haberet voluntatem servandi Dei precepta.

Sexto dividitur in desiderium, gaudium, et amorem strictum: desiderium ē amor de obiecto, quod non presupponitur existens; sed potius absens saltem in eo instanti signo naturæ, quo desiderium existit. Gaudium vero, seu fruitio ē amor, qui ē delectatio de obiecto, quod presupponitur existens, et presens aliqua saltem prioritate naturæ: quo discrimini sint utrumque effectum ē, quod desiderium ē causa obiecti, at obiectum ē causa fruitionis, et gaudii, ideo quod obiectum debet existere ante fruitionem. Amor strictus ē, qui prescindit à presentia, vel absentia obiecti, et sic fertur

 erga eius bonitatem non curando de absentia, vel presentia: differunt ergo ex obiecto tres predicti affectus. Aduertendum tamen, quod dolor correlatiuus gaudii, et est actus, quo appetitus displicet de malo iam possesso.

Vltimo diuiditur in spem, timorem, et desperationem: spes communiter dicitur desiderium, quo voluntas efficaciter desiderat obtinere sibi bonum arduum ab alio ex probabili iudicio de futuritione assecutionis: ita ut speramus nostram beatitudinem, que bonum nimis arduum est, probabiliter iudicantes a nobis assequendam per bona, que prestamus. timor est odium mali imminentis mihi ab alio ex preuio iudicio, aut dubitatione de futuritione illius: timor correspondet spei, quia sicut spes efficaciter intendit bonum assequendum ab alio, sic timor fugit malum imminens ab alio. Denique desperatio est actus, quo voluntas cum quadam animi deiectione vult cessare a prosecutione boni ardui ob eius arduitatem: hos quidem actus breuiter expendisse sufficiat, nam huius loci non est eos, eorumque difficultates ventilare; ad materiam de actibus humanis spectat, hac theologiam requiras.

Caput 2um.

Obiectum formale voluntatis assigno.

Ante discussionem moneo primo, alios actus voluntatis esse quibus ferimur amore prosequendo obiecta, alios vero per quos fugimus, aut odio habemus illa: odium namque est actus, qui detestatur obiectum, et ab eo recedit: amor vero est actus qui inclinat in obiectum, et ad illud accedit. Moneo 2o: triplex esse bonum, honestum scilicet, utile, et delectabile; honestum, vel ut alii dicunt pulchrum est quod in se, et sine relatione ad aliud bonum est: talis est Deus, qui licet bonus non esset creaturis, haberet sufficientem bonitatem in se, ut amaretur; utile dicitur illud, quod bonum est alteri non quidem in se formaliter sed causatiue, quatenus est causa illius, quod est bonum alteri. Delectabile est, quod formaliter in materia, et ratione sui est bonum alteri; et ideo causat in

in voluntate delectationem et letitiam. sit n semel bonum utile vocetr illud, quod quomodolibet ducit, et cedit in alterius commodum et utilitatem.

Huic triplici bono opponitr triplex aliud malum: malum in se, quod in se n habet bonitatem: talis e quælibet negatio: malum alteri causalitr, quod solet ee causa illius rei, quæ alteri mala e, talis e ignis, à quo solet provenire ustio, quæ hoi nocet: malum fralitr, quod immate, et rone sui e alteri malum, et causat tristitiam in voluntate; talis e carentia manus, l pedis in hoe, l supplicium illi inflictum.

Ubi animadversum velis, idem obtum posse, l ee bonum, et malum d u diversorum; imo et r u eiusdem sub diversa sideratione; sic dolor corporis hoi physicè malus e, quatus torquet illum, et it e bonus eidem, quatus iubat ad sanandam infirmitatem, ut patet in Medicina, et etiam e moralitr bonus, quatus p dolorem Deo placet, et pro peccatis satisfacit.

Moneo 3o, n opus ee, quod bonitas obti re ipsa detr in obto, sed quod apprehendatr ab intu, et ipsi appareat. Moneo 4, malum obtum voluntatis ee quod q d intru potest cipi; nam oie illud amari potest, si proponatr ut bonum, et odio haberi, si repræsentetr ut malum: s cm 3o quærimus, quod sit obtum frale motivum voluntatis?

Sit nostrum 1m assertum: bonum e obtum frale voluntatis, ut amantis: p'r nam id e obtum frale voluntatis, ut amantis, quod illam movet, et allicit ad amorem, s bonum allicit voluntatem ad amorem: ergo, minor p'r; nam ideo voluntas amat obtum, q bonum e. Unde inferes, quodlibet bonum ex relatis ee sufficiens obtum frale voluntatis; q l t in uno genere sit malum, dummodo in alio sit bonum, sufficit allicere voluntatem ad amorem.

Ecce iam rogas, an possit ee obtum frale voluntatis ut amantis illud malum

350 in quo nulla rao boni apparet? Reo, malum, ut tale, et sine ulla rarone boni non posse esse obiectum formale voluntatis, ut amantis: probatur quia obiectum formale voluntatis est illud, quod trahit, et allicit voluntatem ad amandum; sed illud obiectum, in quo nulla rao boni apparet; non potest allicere voluntatem ad amandum: ergo non potest esse obiectum formale voluntatis, ut amantis: totus discursus patet, et confirmatur ex appetitu innato, qui ferri non potest, nisi ad id, quod bonum est, et congruum appetenti: ergo similiter appetitus elicitus voluntatis ferri non poterit, nisi erga id, quod aliquo modo bonum est.

Rogas preterea, an saltem obiectum indiferens, ut indiferens possit esse obiectum voluntatis? reo negantur; quia obiectum voluntatis est solum bonum, et malum; sed indiferens, ut indiferens, neque est bonum, neque malum: ergo indiferens, ut indiferens, nequit esse obiectum voluntatis, quod moveat, et illam alliciat, vel deterreat: ex quo infertur, neminem posse amare seipsum, dum in se non agnoscat aliquam raonem boni, et multo minus quandoquidem cognoscit in se, apprehendit esse malum; ita ut nullam in se raonem boni reperiat.

Sit 2m assertum, malum est obiectum formale voluntatis, ut odio habentis: probatur quia malum est obiectum formale odii: ergo est obiectum formale voluntatis, ut odio habentis: antecedens probatur; nam illud est obiectum formale cuiuscumque actus voluntatis, quod allicit, et movet voluntatem ad illud producendum; sed malum propositum per cognitionem attrahit voluntatem ad producendum odium: ergo malum propositum per cognitionem est obiectum formale odii: minore certa quia si quis rogetur, cur odio habet obiectum? respondebit, quia malum est. Dixi propositum per cognitionem, quia sicut bonitas apprehensa, licet non existat realiter in obiecto, sufficit movere ad actum amoris; ita malitia per cognitionem apprehensa, licet non existat realiter in obiecto, potest movere, et excitare ad actum odii, et esse obiectum formale illius.

Ex praefactis assertis colligam, malum, et bonum esse obiectum formale voluntatis, quia utrumque

utrumque potest illam movere ad suos actus; imo utrumque esse obiectum 361
adequatum voluntatis; quia nihil illam potest movere ad operandum, quod
non sit bonum, aut malum. Unde falsi sunt, qui putarunt, solam bonitatem
esse obiectum formale voluntatis; nam dum odio habet aliquod obiectum,
amat, inquiunt ipsi, eius contradictorium: et bonitas contradictorii dicitur,
obiectum formale odii.

Sed falluntur egregie; quia non est opus, ut odium unius
contradictorii sit amor alterius, sicut necessarium non est, quod amor unius sit odium alterius; alioqui quandocunque amamus, teneremur odio habere;
et quandocunque odio habemus obiectum, teneremur amare contradictorium illius, quod est contra experientiam. Alterius licet odium unius contradictorii
deberet esse amor alterius, non inde fieret, quod praedictus actus haberet
solam bonitatem pro motivo: sed quod haberet bonitatem eius, quod
amat, et malitiam eius, quod detestatur; sicut accidit quando per unum
actum diligo Petrum, et odio habeo Paulum.

Caput 3m.

Utrum in eadem voluntate existere possint supernaliter volitio, et nolitio de eodem obiecto?

Similem difficultatem institui Disp. 2a cap. 2o de assensu et dissensu, et quae ibi presupposita necnon ad resolutionem difficultatis statuta sunt, hic etiam premissa, et stabilita sumpto: stabilitur nihilominus 1o, questionem procedere de duobus actibus efficacibus nolitionis, et volitionis; nam certum est, posse voluntatem habere
actum efficacem volitionis, et ineficacem nolitionis de eodem
obiecto; aut econtra: ut Nauta, cui periculum imminet de submersione Navis, vult efficaciter opes in Mare proiicere, et ineficaciter
vult non proiicere illas; quia summe dolet in earum iactura. Hinc
fit a fortiori posse coniungi in eadem voluntate duos actus ineficaces

§ 5. volitionis, et nolitionis de eodem obto.

Stabilitur 1º, non posse voluntatem naliter habere sil predictos actus de eodem obto; et rao e, qa voluntas non potest ex natura rei efficaciter appetere id, qd proponitur illi ut impossibile; sed fere semper proponitur illi, ut impossibilis coniunctio utriusque contradictorii; ergo fere e impossibile, qd appetat efficaciter coniunctionem utriusque contradictorii. Dixi fere semper; nam si aliquando non cognoscet intrinsecam repugnantiam utriusque contradictorii, posset voluntas coniunctionem utriusque amare.

Stabilitur 2º, posse voluntatem efficacem amare rem, et eius negationem sil quando par la simul cadit supra amare, et non supra obtum amatum; nam in unico, et eodem instanti potest voluntas habere desiderium efficax obtinendi rem pro aliquo tempore, et obtinendi negationem rei pro alio diverso tempore; coniungitur utraque volitas, et desiderium, sed non amatur utriusque contradictorii, simultas, et coniunctio; neque in hoc sensu procedit difficultas, sed casu, quo amatur utrumque contradictorium sil ex parte obti, ita ut voluntas intendat ponere utrumque sil.

His stabilitis, inquirendum e, an supernaliter saltem coniungi possint predicti actus in eadem voluntate? 1a senta negat, pro qua stant DDs sitati, qui negant, posse coniungi sil in eodem intellectu assensum, et dissensum. 2a senta affirmat; ita oes, etiam DDs pro affirmativa ee assensum, et dissensum. Iudico coenter ad ibi dicta, non posse voluntatem, que de facto datur coniungere hos actus; qa nullum datur indicium, aut funtum, unde colligatur habere potentiam ad illos coniungendos, et sil recipiendos; iudico preterea, posse dari voluntatem supernaliter potentem illas admittere. 1a naliter non possit: pr eisdem rationibus, qs loco citato nostram sentam probamus, et solutione argumentorum, que iam dissolvo.

Opponis 1º, non potest voluntas efficaciter amare, quod proponitur illi, ut impossibile; sed proponitur illi ut impossibilis coniunctio utriusque contradictorii; ergo non potest illam efficaciter amare. Resp distingendo maiorem

n̄ potest voluntas ett.ª si detr̄etr, et rapiatr à Deo, ut illud amet; nego
mrem, si n̄ detr̄etr, s. d relinquatr, ut ipsa se detret: cedo mrem; q. voluntas
nunquam se detrat ad amandum efficacitr, q. d intrs proponit illi, ut impole:
potest tn sub ista cogne trahi, et rapi à Deo, ut vel invita amet tale obtum:
sic minor distinguenda erit: et quidem, ut isti DD dicunt, potest Deum Dcurrere
cum lapide, ut obedientialitr efficiat, et recipiat hos actus efficaces voluntatis, sic sililitr dicam, Deum Dcurrere cum hoc, et illum veluti cogere ad
prędictos actus.

Opponis 2º: si existerent in voluntate duo actus efficaces ambulationis, et n̄ ambulationis, maneret homo detratus ad ambulandum, et n̄ ambulandum; sd implicat oio, q. d homo sit detratus ad utrumq.:
q. et quod existant illi duo actus sl in voluntate: cōa ē evidens; maior vero
detr certa; q. ōis actus efficax detrat subtum, in quo ē, ad ponendum illud
obtum, q. d efficacitr amat: q. si amat efficacitr utrumq. dictorium, detrat
ad ponendum utrumq. dictorium: p. minor; q. n̄ potest subtum detrari
ad ponendam rem impolem, sd iunctio utriusq. dictorii vlt ambulationis, et n̄ ambulationis ē impolis: q.º

Rtr distinguendo mrem; maneret homo detratus ablute, et simplicitr ad ambulandum, et n̄ ambulandum; nego mrem: maneret detratus quantum ē ex vi actuum; cedo
mrem: sililitr probatio maioris distinguenda venit; nam actus efficax
n̄ detrat ablute ad ponendum suum obtum, ut patet in eo, qui putat per errorem, obtum amatum ēē pole, cum tn impole sit: solum n̄ detrat quantum ē ex se, quatus ē talis energię et virtutis, ut sufficientr excitet, ac
moveat voluntatem ad illud obtum exequendum, si aliunde n̄ impediatr.

Ad mrem eodem modo rtr, n̄ potest subtum detrari ablute
ad positionem rei impolis; cedo mrem: n̄ potest detrari quantum ē
ex parte actus; nego mrem; ut patet in eo, qui efficacitr amat obtum
impole, putans ēē pole; qui n̄ manet ablute detratus ad illud exequendum;

qst manet tn de tratis, quantum e ex parte actus, q ita efficax e, ut si obtum esset pole, voluntas ex determinatione actus exequeretur oblum.

Disputatio 5a.

qua ratione voluntas in suis actibus pendeat ab intellectu. Caput 1m; utrum voluntas feratur in incognitum declarat.

Premitto tanquam certum, qd voluntas in ratione amantis n constituatur, neque partialiter p cognitionem, l eam presupponat; st causa in ratione operantis neque partialiter constituitur p applicationem, l eam presupponat: sic similiter dicendum e de actu voluntatis, qui n constituitur p cognitionem, l eam presupponat. Rogamus igitur, an actus voluntatis naturaliter petat, et presupponat actum intellectus; Et inprimis sit 1a resolutio, n potest voluntas operari naturaliter, neque tendere in oblum, qd intellectus prius n cognoscit.

Probatur experientia, integres, adonissa; q n amamus, neque odio habemus, nisi id, in quo apparet bonitas, l malitia; et in hoc fundatur coe axioma nihil volitum, quin precognitum. Confirmatur q ois amans, et odio habens, potest reddere rationem de obto amato, et odio habito: quia cognoscit illud. Ubi nota, hanc necessitatem cognitionis, n solum esse ad 1m existentiam actus voluntatis, sed etiam ad conservationem; quia ut in Phisica dixi, qd qd requiritur ad 1m existam effectus, per se loquendo requiritur ad eius conservationem.

Sit 2a resolutio Patris Oviedo D. Vasq. et Arriaga, supernaliter loquendo potest amor, l odium in voluntate reperiri, q n praecesserit cognitio in intellectu, et contra esse pole aliquam Creaturam volitivam, et n intellectivam: ptr 1o q in hoc nulla e implicatio, ut argumentis satisfiet: 2o quia cognitio ita se habet ad voluntatis, sicut applicatio ad ignis, sed ignis, licet naliter exigat applicationem; potest tn supernaliter operari sine illa: similiter

voluntas poterit operari actum amoris, saltem supernaliter, si non precesserit in intellectu cognitio: probatur maior, quia sicut applicatio approximat id, in quod ignis est operaturus, ita cognitio facit praesens intentionaliter obiectum, ut erga illud feratur voluntas.

3o. quia cognitio, et amor sunt entitates realiter, et adaequate distinctae, inter quas non apparet tam stricta connexio, ut nequeant supernaliter separari: ergo separabiles sunt. 4. plures ex adversariis tenent posse Deum constituere actum amoris extra omne subiectum, sive in lapide sine consortio cognitionis: ergo actus amoris potest separari a cognitione etiam intra suum subiectum. Unde rationes praedictae satis probant, posse esse aliquod vivens naturaliter volitivum, et non intellectivum.

Arguunt in 1o oppositae sententiae fautores: divinus amor non potest esse sine cognitione: ergo neque creatus. Confirmatur: si potest amor esse supernaliter sine cognitione, connaturaliter esse non poterit: ergo. Respondetur reddendo disparitatem; nam divinus amor existere non potest in Deo, nisi eo connaturali modo, quem petit cognitio essentialis Dei: at creatus amor, non repugnat, quod existat violenter, et sine cognitione, quam connaturaliter petit. Ad confirmationem dicito, ideo naturaliter non posse amorem existere sine cognitione; quia voluntas determinatur ad illum cum libertate, quod praestare non potest, quin determinetur obiecti cognitio: at vero supernaliter potest a Deo determinari; et necessitari ad eius productionem.

Arguunt 2o. actus, quo voluntas ferretur in obiectum incognitum, non potius esset amor, quam odium, sive e contra: sed repugnat actus voluntatis, qui non potius sit amor, quam odium, sive e contra: ergo repugnat, quod voluntas feratur in incognitum: probatur maior, quia non ferretur potius in bonum, quam in malum, sive vice versa: ergo non potius esset amor, quam odium. Respondetur negatione maioris; ad cuius probationem dicendum, nego consequentiam; quia praefatus actus voluntatis, si esset determinatus odium, sive determinate amor; nam obiectum capax est terminandi odium, sive amorem; ut patet ex ipsis adversariis, quorum plures adstruunt posse Deum creare extra omne subiectum, sive in lapide odium, aut amorem illius obiecti.

3ib. abs.q cogne. Arguunt 3.o essentia voluntatis, ut amantis consistit in eo q.d appetat bonum sub ratione boni; id est sub ratione bonitatis saltem apparentis; sed hoc esset ipsum; si voluntas amet incognitum: ergo illud amare non potest. p.r minorem quia si non datur cognitio, bonitas saltem apparens non datur: ergo non fertur in illam voluntas, si cognitio desit. Confirmatur; quia res non existens operari non potest: ergo neque res incognita potest amari.

Resp. negando maiorem; quia essentia voluntatis, ut amantis consistit in eo quod habeat sibi unitum, et a se productum amorem boni; non autem in eo quod habeat amorem boni sub ratione boni; nam in hac reduplicatione affertur cognitio quae formaliter non pertinet ad essentiam voluntatis, ut amantis, licet ad eam naturaliter loquendo praesupponatur. Ad confirmationem, nego, quod etiam supernaliter requiratur etiam existentia boni cognitionem ad hoc, ut ametur: in hypothesi non supernaliter potest Deus, ut adversarii dicunt constituere amorem sine cognitione.

Hinc solvi potest difficultas; utrum possit dari vivens pure intellectivum, quod essentialiter non sit volitivum? tenendum est, de potentia Dei absoluta tale vivens posse esse, sic Pater Arriaga disp. 11. de anima sect. 4. et probatur praeter rationes allatas pro resolutione antecedenti; quia nulla est ratio probans, ex intra natura essentialiter inferri voluntatem; neque ex cognitione essentialiter amorem inferri: ergo. Confirmatur; nam potentiae externae videlicet auditus, visus et tactus sunt cognoscitivae; et tamen illis non correspondet potentia appetitiva: ergo necesse non est, ut omne cognoscitivum sit volitivum: ergo licet naturaliter de facto non ita contingat; possibilis est supernaliter aliqua Creatura pure intellectiva, et non volitiva.

Ad solutionem argumentorum, quae tibi occurrerint, 1.o nota, omnem naturam realem sive Creaturam habere appetitum innatum; id est inclinationem ad proprium bonum; sed non omnem Creaturam realem habere appetitum elicitum, qui dici solet voluntas. 2.o nota, de conceptu intellectivi non esse habere appetitum elicitum, seu voluntatem: quae ex eo q.d aliquod intellectivum sit volitivum, nario infertur, omne intellectivum esse volitivum. 3.o nego omnem naturam cognitivam debere appetere suum bonum aliter, ac naturam non cogn-

cognoscentem: sufficit n. si appetat, ut natura cognitiva appetitu con[n]. innato bonum.

Caput 2m.

Quæ, et quâ ratione concurrat cognitio, ubi de imperio agit.

Triplici difficultati expediendæ in præsenti capite incumbit labor: Prima, quæ cognitio sufficiat, ut voluntas eliciat odium, vel amorem obtinendi. circa quam 1a sententia negat posse voluntatem efficaciter intendere finem, neque eligere media, nisi saltem probabiliter iudicet intellectus, finem esse consequibilem, et media esse utilia ad finem consequendum; unde necessarium esse iudicium, ut voluntas se exerceat, defendit. 2a sententia propugnat, sufficere apprehensionem, ut voluntas se determinet ad amorem efficacem, (et a fortiori ad inefficacem) obtinendi: ita Pater Oviedo disp. 8 puncto 4, et alii, quos libenter sequor. Probatur 1o quia bruta deteruntur ad appetendum pabulum ex cognitione non iudicativa, sed apprehensiva tantum; ergo similiter poterit voluntas humana appetere: antecedens est certum; sequitur, quidem bruta non sunt capacia iudicii, sed tantum apprehensionis materialis, et imperfectæ: consequentia probatur, quia non magis potens est apprehensio materialis in bruto detrahere ad appetitum materialem, quam apprehensio spiritualis in hoc ad appetitum spiritualem voluntatis. Probatur 2o: quia sæpe infirmus dubitat de consecutione sanitatis, et opportunitate mediorum; et tamen efficaciter intendit sanitatem, et eligit media, ut illam obtineat: ergo apprehensio sola sufficit ad amandum finem, et media eligendum; quia dubitare præcisse non est habere actum iudicii, sed solius apprehensionis.

Hæc ergo doctrina vera est per se loquendo, et præscindendo á qualibet circunstantia, quæ per accidens potest concurrere, et tollere ab apprehensione vim, et energiam, quam habet ex se, ut detrahat ad actum efficacem; nam si concurrant duæ apprehensiones in intellectu de duobus contradictoriis

358. n̄ possunt detrahere voluntatem ad amorem efficacem, q° cognoscit intellectus, incompossibilem e͠e coniunctionem, et executionem voluntariam utriusque dictorum.

2a

diff.as sit, an cognitio concurrat ad actum voluntatis efficienter, vel solum finaliter quatenus proponit obiectum, quod cois, et vera opinio apud nos docet, solum finaliter, et n̄ efficienter concurrere. prob. q° ex eo solum requiritur cognitio, ut innotescat voluntati bonitas, vel malitia obiecti; sed ad hoc n̄ requiritur, ut efficienter concurrat; sed satis est, quod proponat, et repraesentet obiectum: ergo n̄ requiritur, ut cognitio concurrat efficienter ad voluntatis actus; et cum aliunde nullum sit fundamentum, ut illi concedatur omnis talem influxum, merito denegandus est.

Confirmatur, nam in nostra sententia praemissae n̄ concurrunt efficienter, sed finaliter solum ad actum conclusionis: ergo neque cognitio concurret efficienter, sed solum finaliter ad actum voluntatis; siquidem omnes admittunt in ordine ad eiusmodi concursum, ita se habet cognitio ad actum voluntatis, sicut praemissae ad actum conclusionis. Dicis tamen, verbum divinum est sapientia Patris, et concurrit efficienter ad Spiritum S. qui est amor: ergo similiter in creatis cognitio, sive sapientia concurret efficienter ad actum amoris. Resp. verbum divinum, ut de fide est, accipere a Patre vim productivam Spiritus S.: at vero cognitio seu verbum creatum n̄ accipit ab intra vim productivam actus amoris, quod id ex nullo capite constat.

3a diff.as est, an voluntas, ut operetur, pendeat ab imperio intellectus; i. e. cognitione proponente bonitatem, et malitiam obiecti. praemittitur 1°, duplex imperium assignari a Doctoribus, aliud politicum, et aliud monasticum: politicum est intimatio voluntatis superioris facta inferiori, et subdito, et exigens ut inferior maneat obligatus ad exequendum illud obiectum, de quo fit intimatio oritur: ita Deus intimat creaturis observationem suorum praeceptorum, et superior intimat suis subditis plurium rerum executionem. Imperium monasticum, de quo loquimur in praesenti, est intimatio propriae mentis voluntatis sibi facta, et meis potius. Praemittitur 2, hanc vocem imperium a te spatere;

nam quilibet actus voluntatis, aut intrus, ex quo aliquis alius actus humanus sequitur, imperium dicitur: quare actus voluntatis, ex cujus impulsu, seu detractione alius actus sequitur, dicitur imperans et alter, qui sequitur imperatus: in hoc n. sensu lis non erit; sed de imperio, quod exprimitur his vocibus fac hoc.

Praemittitur 3o, hoc imperium pertinere ad potentiam intellectualem; non vero ad voluntatem; ac proinde imperium non esse actum intrus: probatur imperare est intimare, seu declarare voluntatem superioris praecipientis hoc, vel illud: quod imperare supponit rem volitam per alium actum: quod non est actus voluntatis: et quidem declarare non est voluntatis, cum nullius actus non sit declaratio, seu manifestatio. Confirmatur: quod Deus ab aeterno voluit rem ab hoc fieri; et tamen imperabit ab aeterno: quod potest dari actus voluntatis, qui non sit imperium.

Praemittitur 4, cum Thomistis, imperium debere esse actum iudicii per istum, mea voluntas est, ut fiat hoc opus; sic Pater Vasq. et constat, nam nequit esse imperium apprehensio simplex; quod de ratione imperii est intimare aliquid subdito, apprehensio autem nihil intimat, sed simpliciter fertur in obiectum: unde hoc imperium fac hoc, si aequivaleat praedicto actui iudicii, nullum est, neque ullum assignabile, quod non sit vel iudicium, ut in mea sententia, vel discursus, vel apprehensio etiam videtur in intellectu practico, qui dirigit actus ad opus; nullius n. actus intrus assignabiles sunt, qui non sint expresse; aut aequivaleant apprehensioni, iudicio, et discursui.

Hinc colligitur resolutio difficultatis propositae; asseroigitur, monasticum imperium, quovis modo explicetur non esse necessarium ut voluntas operetur: ratio a priori est, quod ut voluntas amet, vel odio habeat obiectum, sufficit cognitio proponens bonitatem, vel malitiam illius, sed talis cognitio non est imperium: quod non detrahat infallibiliter voluntatem ad amandum, vel odio habendum: quod requiritur imperium: maior est certa cum appetitiva potentia bruti, ut operetur, non egeat imperio; sed sola apprehensione obi

3.º obiecti. quia a fortiori dicendum de voluntate, quae nobilior potentia est.

An rogas, an saltem requiratur, ut quando voluntas operatur, detur iudicium practicum, quo iudicet homo se teneri, vel expediens sibi esse talem actum voluntatis elicere, ut affirmant aliqui thomistae, quos citat Arriaga d. 8 de anima. Respondeo negative, quia tale iudicium everteret libertatem. Secundo quando cumque quis male operatur, haberet tale iudicium, hoc est falsum: probatur minor, alioqui esset haereticus, nam illud iudicium opponitur veritati catholicae contra tridentinum, quae docet actum pravum non esse honorarium, neque expedientem: ergo.

Disputatio ultima de libertate voluntatis humanae.

Caput 1.um in quo consistat libertas, rogatur.

Praetermissis dicta a nobis variis in locis nostrae Philosophiae, tum in logica, tum in Physica, modo expendamus oportet, in quo ultimo consistat libertas voluntatis: 1.º causa libera sic a theologis definitur, causa libera est illa, quae positis omnibus requisitis ad operandum, potest operari, et non operari; quae quidem est sui iuris, seu habet dominium in suos actus, potens scilicet illos elicere, vel non, spontanee, seu non coacte, nec determinata ad unum. Unde libertas in actu 1.º erit potestas causae ad operandum, vel non operandum positis omnibus requisitis a natura ad exercitium causae: haec potestas non indifferentiae solet explicari.

Sed notandum est 1.º, hanc libertatem voluntatis non esse aliquam aliam realitatem diversam a potentia, sed eandem potentiam, quatenus valet cum dominio suorum actuum prodire in exercitium, vel non; quare quando non eo modo operatur, ut domina suorum actuum, tunc voluntas operatur, ut causa naturalis, seu naturalia, non ut libera: et hoc modo operatur

c͡a amorem ultimi finis, seu boni in cõi, quod nario amat: et c͡a actus
primos n̄ supponentes debitam raonis advertentiam, quorum dominaris,
aut si Deus illam detraret premotione phica ad operationem, ita ut n̄ posset
phisice, neq̃ moraliter operari.

Notandum ē 2o, libertatem voluntatis n̄ resolui seu reponi in receptione sui actus precise; sed in illius productione, quam ob rem Concilium Tridentinum damnat eos, qui asserebant, voluntatem ad actuum mere passive se habere, n̄ trn active, efficiendo illos. Duplex genus libertatis in actu 2o assignatr; aliud libertatis quoad exercitium, aliud quoad specificationem: quoad specificaonem cõtingit voluntati, quando potentialiter se habet, ut possit actum oppositum elicere, aut cessare ab illo; et q̃ hic modus operandi opponitur oĩo perfectissime necessitati in suo genere; ideo perfectissimus ē, et in quo valde elucet nara libertatis; q̃ tunc voluntas n̄ s̃m potest actus suspendere, sed potest oĩo oppositum elicere.

Quoad exercitium cõtingit, quando voluntas necessitata ē quoad specificationem; libera trn ē elicere actum hunc, vel alium intra eandem speciem; v.g. cum aliquis homo n̄ potest n̄ amare aliquod obiectum c͡a quod si elicitur ē actum, necesse ē, quod aliquem eliciat intra eandem speciem amoris, n̄ trn oppositum odii: Unde licet in exercitio illius actus, quem poterat eficere habeat dominium, et salvetur in illo libertas voluntatis; adhuc n̄ ē perfecta libertas, siquidem detrata ē iam quoad speciem voluntas, et cõnsequenter videtur venire quoad hoc cum causis naralibus, seu narii, in q̃ q̃ n̄ ē libertas. Hic duo modi libertatis solent etiam explicari p libertatem c͡ontradictionis, id ē exercitii, et p libertatem c͡ontrarietatis, id ē quoad specificaonem. Hic recolas q͡d dictum in logica De 2a tractus quarti de demonstraone c͡a necessitatem in actu quoad speciem, quoad individuum, et exercitium.

Notandum ē 3o, n̄ oẽs actus ẽẽ liberos, n̄ s̃m in voluntate humana, sed in divina; sic narius

e amor in Deo, quo se diligit: sic per voluntatem procedit naturaliter Spiritus Sanctus: sic in Patria Beatus Deum naturaliter diligit: sic in via actus primi naturales: hoc dixerim propter Scotum, qui omne voluntarium, seu a voluntate productum, cum libero confundit, existimans, quidquid coactum non est, liberum dici. Hic plura alia possent notari circa libertatem, necessitatem que; necnon circa puram omissionem liberam, quae potius a nobis iudicatur: omnia quae hic ratio theologica ss., ampliorem disputationem exigunt, quam, quae possit nostris limitibus coarctari.

Nunc tamen nobis expedit nonnullas quaestiunculas dirimere: 1a est, quo tempore exerceatur libertas voluntatis erga proprios actus, quos libere elicit? Reo, voluntatem exercere suam libertatem in eo instanti reali, seu temporis, in quo 1o ipsa efficit proprium actum considerata in priori signo rationis, sub quo concipitur cum omnimoda indiferentia ad talem actum, eo quod sub eodem instanti rationis non sit aliquid ex parte causae, vel principii determinans, vel cogens voluntatem ad huiusmodi actum.

Quod quidem non habet locum in actibus absolute naturalibus; ergo voluntas in eo instanti reali, in quo illum producit considerata sub priori signo rationis est cum omnimoda determinatione ad talem actum; ita ut ex illa sic concepta valeat bene inferri existentia talis actus: et ratio est, quia in tali signo 1o, seu instanti rationis concipitur reipsa cum aliquo principio tollenti illius indiferentiam, et determinationem ad unum.

2a sit, an praeter voluntatem sit aliqua potentia libera? Reo negative, quia intellectus, de quo potest dubitari, est potentia naturalis, cum positis apprehentionibus evidentibus statim ipse eliciat iudicium evidens, et non valeat illud non elicere: unde constat, quod non habeat potestatem ad utrumlibet, in quo consistit formaliter libertas. Idem dicendum de reliquis potentiis corporeis, quae naturaliter operantur, sibi propositis sufficienter obiectis malibus, in quae naturaliter feruntur.

Tertia sit, an libertas, et necessitas in actu voluntatis, (quae dicitur

libertas, et necessitas in actu 2º) sit illi aliquid intrinsecum, et non denominatio extrinseca proveniens à voluntate, quæ libera est, et necessaria ratione propositionis intrinsecæ, seu objecti potentis voluntatem necessario à se trahere? Communis sententia apud DD. videtur negare actibus aliquam differentiam substantialem, et intrinsecam liberi, et necessarii: quare existimant, eundem actum de libero, posse fieri necessarium, et è contra.

Ex dicta nostra lib. 1º De consequenter facile deciditur difficultas: et suppono, non negari à me aliquam denominationem extrinsecam liberi in actu provenientem à libertate intrinseca potentiæ, quæ operata est proposita objecti deratione sufficienti intrinsecus. Cæterum aliam denominationem liberi inquiro, seu libertatem essentialem, et intrinsecam ipsi actui, quam affirmo cum pluribus ex Recentioribus. Probatur 1º à paritate; quia vitalitas in actu est aliquid illi intrinsecum, ergo et libertas, seu ratio liberi: antecedens constat ex dictis loco relato: consequentia probatur; quia esse vitale, et esse voluntarium in actu dicit ipsum exercitium vitæ, et voluntatis: unde sicut vitalitas actus, quæ in suo conceptu dicit esse exercitium virtutis radicalis, est aliquid intrinsecum, ita et esse liberum propter eandem rationem exercitii.

Probatur 2º de actu necessario; quia actus voluntatis est tendentia ad objectum, taliter propositum ab intrinseco hic, et nunc cum omnibus circumstantiis requisitis: quia actus necessarius voluntatis est tendentia ad tale objectum, quod hic, et nunc necessitat voluntatem, neque illam relinquit indifferentem, ut possit quemcunque actum producere, sed illum necessarium, quem elicit: ergo dicendum erit, actum necessarium intrinsece esse talem.

Caput 2um.

Utrum voluntas ex duobus bonis possit æquale, aut minus amare?

Communior sententia contra Patrem Vasquez partem affirmantem huius quæstionis

364. tuetr. ingratiam libertatis ad salvandam suam indemnitatem in operando; et ita existimat, ēē iuris sui, ut posit actu duobus bonis oīo equalibus sibi representatis pro innata indifra quodvis eligere; imo etiam si unum resprctr. ut minus bonum, poterit à voluntate eligi, maiori relicto: sic Pater Arriaga, et alii Iuniores Magistri.

Duplicem partem resolutis claudit: 1a pr. q̄ posito iudicio rōnis dictante duo bona ēē equalia, manet voluntas libera ad quodvis eligendum: ergo poterit quodvis eligere cum omnimoda indifrā: patet cōa; nam de anti n̄ē dubium, q̄ si posito iudicio ostendente unum bonum ēē maius alio, necessitaretr. voluntas, ut illud amplecteretr. n̄ esset in volitione libertas, neq̄ in ipsa voluntate: ergo posito illo iudicio voluntas potens ē, ut exeat in actum cā hoc, ū illud obtum: q̄ in sua potestate n̄ē iudicium illam presedens; atq̄ etiam posito illo, debet adhuc ēē indiferens ad utrumlibet. Confrātr. q̄ alitr videretr. voluntas similis Asino, quem memorat Buridanus, et n̄ plus gauderet libertate, quam illud aīal: quare melius ē voluntati quodvis obtum eligere è duobus equalibq propositis, quam sistere ab operaone.

Respondes phisice loquendo, recte posse voluntatem quodvis obtum eligere; et in hoc differre ab appetitu bruti, qui phisice necessitatus manet ad maius bonum, nec valet eligere: moralitr tn loquendo futurum, ut nullum eligat, usq̄ dum rao dictet, alterum ēē maius sm aliquam dditionem. Contraē; q̄ divina voluntas ex duobus bonis oīo equalibq potest etiam moralitr loquendo, idē sm prudentem existimaonem, quodvis eligere: ergo etiam humana voluntas: ans p. q̄r nam quando Deus Mundum ddidit, absq̄ dubio illi fuerunt representati alii innumeri equalis, sive maioris perfectionis, et tn hunc Mundum libertate etiam morali liberè amplexus ē: ergo

Secunda resolutionis pars probatr. q̄ lt potest voluntas n̄ sm phisice, sed etiam moralitr minus bonum amplecti, q̄ in obto moris boni datr. oletratiorum sufficiens ad movendum voluntatem: ergo etiam poterit voluntas moralitr loquendo in illud ferri:

ãus constat; q obtum minus bonum vere bonum e, et infrus represans maius bonum, n necessitat voluntatem, siquidem n represat obtum infinite bonum, ut represat in Patria: q n trahet ad se voluntatem nario etiam moralitr; sd poterit voluntas in minus tendere. 365

Ulterius probatr; nam hoes, qui peccant, defacto sequuntr minus bonum: q voluntas in illud fertr, relicto maiori: ãus p[illegible]; q hoes ante voluntatem peccandi n habent iudicium asserans ee maius bonum illud, q d amplectuntr, alioquin oes peccantes essent hæretici, si taliter iudicarent: neq etiam præcedit iudicium, quo represetr peccatum, ut maius bonum delectabile: neq etiam præcedit; cum semper amplectantr obta minus aspera, et difficilia.

Arguiertr, voluntas e inclinatio ipsa, et pondus in bonum, q v'i cuiuscunq minimi obti boni potest ee detrata moralitr: patet coaq q ab eodem minimo bono necessitatr voluntas in actibg primis, qui eliciuntr s deliberaone: q si illud minimum represetr ut maius, necessitabit moralitr voluntatem. Resp., q voluntatem ee inclinaonem in bonum, ide respicere, ut obtum, q d bonum e, ex quo infertr, q d v'i etiam cuiuscunq minimi boni potest ee detrata moralitr, si ex parte illius dentr circunstantiæ necessitantes huiusmodi potiam; secus autem si n dentr: ad probaonem antis Dcedo trans, et negatr coa; q voluntas cu obtum s deliberaone propositum se habet, ut potia naria, et ita detrata e ad illud: verum cu obtum cum deliberaone propositum se habet indiferentr phisice, et moralitr.

Ageti Dilectissimi mei Auditores, qq nacti estis, eam navigandi peritiam, qua potitis s improbo labore immensas theologi undas feliciter calcare, dum triennem navigationem peregistis, ac Philosophiæ gurgitem dimensi fuistis satis iam philosophicis intructi documentis: ora igitur dum ad portum diu desideratum nostra appulerit Navicula in Laudem Omnipotentis Dei, eiusq Intemeratæ ac Immaculatæ

366 Deiparae S. clamus precata Hispali in Pervigilio S. Apostolorum
Filippi, et Didaci die trigesima Aprilis anno 1619 :

In universam Aris Stagiritæ Methaphicam commentaria p Reverendum Patrem Barnabam de Medina sanctæ fidei Censorem quondam Philosophiæ, nunc primariæ Theologiæ cathedræ moderatorem Hispali.

Prœloquor lectori. Tandem humanissime lector in optatam diu Aris Methaphicam appulisti, cuius laus extra oem calamum e, cuius dignitas inter naturales scias principem arrogat sibi sedem, cuius consecutio fax e ceteris facultatibq prefulgens, cuius materia, lt pervdifficilis, n illepida. Nam studiose tuæ mentis aperiantur sinus nobilissima hac facultate imbuendi. Omnes aliæ curæ in exilium pelantur, hic solus tuus labor, et cura sit.

Totum hoc opus in quatuor decim libros Ares divisit. Non opus e tanto molimine. Styli nostri series hæc erit, post dubia proemialia decissa, sex tractatibus universam Methaphicam complectemur. 1s dicerat. de ente in coi. 2s dividet ens in præcipuas eius partes. 3us tractationem instituet de distinctione entis. 4s de unitate. 5s de veritate. Sextus deniq de illius bonitate.

Methaphica prestat oibus scientiis.

Paragraphus 1s.

Supponendum potius, qm probandum e, Methaphicam ee sciam: etenim illa facultas scientifica e, quæ tendit evidenter cc proprium obtum, sic ita se habet Methaphica, quæ plura demonstrat de ente in coi: g scientifica e. Probo minorem, q demonstrat evidenter, ens habere passiones, et subire n posse duo contradictoria, neq ab utroq sl absolvit. Hæc autem oia scientifice attingit p discursum, et n sl immediate, et sine discursu: g habet

368 plures actus elicitos ex apprehensione sola terorum: ergo utroque modo est scientia, immata scilicet, et discursiva.

Supperaddendum his est, non solum esse scientiam, verum et praestantiorem, clariorem quam omnibus aliis scientiis: probatur; quia tradit principia omnibus aliis evidentiora; imo ad quae reducuntur caetera principia: Quod impossibile est idem ens sit esse, et non esse. Quodlibet est, vel non est. Hic tandem sistimus, et ultra progredi non possumus. Neque modo disputo, an omnia principia, quibus utitur Methaphysica, sint aequalis claritatis; vel alia sint aliis evidentiora? Hoc ulteriorum iudicio certum. Quod tamen de hoc sit, solum statuo, a nulla alia scientia superari; sed potius eam vincere omnes in certitudine, et evidentia.

Constat iam ex dictis in Logica, Methaphysicam non esse scientiam practicam, sed speculativam. Item non esse qualitatem simplicem; sed compositam. Primum probatur: nam illa scientia est speculativa, et non practica, quae non tradit regulas ad efficiendum suum obiectum; sed in eius contemplatione sistit: talis est Methaphysica, quae nullas regulas subministrat, ut fiat ens in communi, quod est eius obiectum; sed solum sistit in contemplatione illius: ergo speculativa, et non practica est. Secundum probatur; quia omnis facultas, et scientia componitur ex pluribus actibus, et habitibus tendentibus, ut ergo pro obiecto ubi Labe demonstravi.

Methaphysicae destinat obiectum.

Paragraphus 2.

Constat etiam ex Logica aliud esse obiectum formale, et aliud materiale. Constat item, aliud esse obiectum totius facultatis, ut quaedam facultas est a caeteris distincta: aliud vero singulorum actuum in parti. igitur obiecta formalia, et materialia methaphysicorum actuum diversissima sunt, videlicet substantia, subsistentia, distinctio, bonitas, veritas, et denique omnia ea, de quibus agitur in Methaphysica. Circa obiectum autem totius

facultatis, aliqualis est inter DDs disentio. De qua late Pater 369
Suares hic sectione 2a.

Ego sentio, male obtum Metaphisicę esse ens realiter, et intentionaliter precisum a materia. Talis est Deus, et Angelus, qui realiter excludunt materiam: et vero coisentis precissa per intrum est qualibet indibidualis differentia, quę dici solet materia. Probatur: illud est obtum male cuiusque facultatis speculativę, in cuius sedulam, et seriam contemplationem incumbit; sed Methaphisica tota est in contemplando ente realiter, et realiter precisso a materia: ergo tale ens ita precissum est male obtum Methaphisicę. Unde infertur, obtum formale illius esse omnia predicata, passiones, et proprietates, quas in eiusmodi ente considerat Methaphisica.

Questio qua utitur Methaphisica.

Paragraphus 3s.

Mitto duo principia, quibus utitur Logica, et a Methaphisica mutuatur. 1m est: dici de omni, et dici de nullo: 2m est: quę sunt eadem uni tertio, sunt eadem inter se: quę non explicuimus in Logica, et ideo hic omissa facimus. Universalissimum principium Methaphisicę, et cui cętera innituntur, hoc est: non posse dari medium inter duo contradictoria: V. g. inter esse album, et non esse album: esse calidum, et non esse calidum. Sed quid est non posse dari medium inter duo contradictoria?

Respondent communiter DDs, non aliud esse, nisi quod excogitabile non sit subtum, cui non conveniat aliquod ex extremis contradictoriis. Sed falluntur aperte: quia Petro existenti in Hispali, neque convenit albedo, quę tantum existit Romę, ut evidens, neque convenit eius negatio, ut posite quę nusquam existit; ergo nullum ex iis contradictoriis extremis convenit Petro. Aliter dicunt esse, quod ex contradictoriis unum

§ 7º. debeat idari cum quolibet subto. Sed contra, quia cum Petro n identificatur Paulus, neque eius negatio: ergo ex duobus contradictoriis nullum convenit Petro per identitatem.

Sed obiicies nobis, quod videamur destruere principium apud omnes certum, et indubitatum; scilicet, cuilibet subiecto debet convenire aliquid ex duobus contradictoriis: quo frequenter utimur in disputationibus. Sed contra, eiusmodi principium esse falsum, si intelligatur sub aliqua ex duabus praeiactis explicationibus, quas aperte confutavimus. Solum ergo demonstramus, quando eo utimur, quod si ex una parte ponatur praedicatum affirmatum, et ex altera negatum, debet aliquid ex eis extremis convenire cuique subiecto: ut esse Paulum, non esse Paulum: esse album, non esse album; nam Deo, creaturae, et chymerae, et cuique enti convenit esse, vel non esse Paulum, esse, vel non esse album.

Quod igitur est, non posse reperiri medium inter duo contradictoria? Respondeo nihil aliud esse, nisi, quod utrumque contradictorium abesse non potest, neque adesse in rerum natura. Item quod utrumque contradictorium convenire non potest alicui subiecto, neque utrumque ab eo deficere, si unum sit affirmatum, et alterum negatum sub his vocibus esse, et non esse. Ut Petrus, et eius negatio, neque simul abesse, neque simul adesse potest in rerum natura. Praeterea: nulli subiecto potest convenire esse, et non esse album: neque ab utroque extremo simul potest aliquod subiectum absolvi. Hinc dici consuevi, unum medium exerceri per ablationem utriusque extremi, alterum per utriusque coniunctionem: et utrumque impossibile. Ideo nascitur, vel includitur in hoc principio duplex aliud certissimum. Primum est: Quodlibet est, vel non est. Secundum, impossibile idem simul esse, et non esse: quod utrumque seorsim exponam, et ad invicem conferam.

Et in primo, quodlibet est, vel non est: per ly quodlibet, non solum denotatur ens reale: sed etiam impossibile, et imaginarium: nam de quolibet est verum dicere, quod est, vel non est. Praeterea extrema debent esse contradictoria, et non satis est,

qd sint 9ª[dictoria]; nam erit falsa ppositio, si dicas: quodlibet ē al-
bum, l nigrum: quoniam Angelus neq albus, neq niger ē: tene
tn ē albus, l n̄ ē albus. Deinde ea ppositio ē oio n̄aria; q re ipsa
n̄arium ē, quodlibet ēē, l n̄ ēē: ideo equivalet huic: necesse ē, quod-
libet ēē, l n̄ ēē; et indifferenter solet proferri tacito vlt, aut
expresso adverbio necesse.

Deniq illa ppositio ē disiunctiva pro-
prio, adeo, ut nequeat ēē impropria: nam illa ppositio nequit
ēē disiunctiva impropria, quę nequit affirare veritatem
unius partis, et abstrahere ab alia; sd talis ē ita ppositio, quod-
libet ē, l n̄ ē: g nequit ēē disiunctiva impropria. Probo mi-
norem: q ex hoc ipso, qd unam partem adstruat, destruit aliam:
nam positio unius formalissime ē alterius destructio; sd illa ppositio
affirat, et adstruit unam partem: g destruit, et negat aliam, et
consequenter ab ea n̄ abstrahit. Confirmatr: unam partem existere, ē
formalissime n̄ existere aliam; sd ea ppositio affirat unam partem
existere: g affirat n̄ existere aliam: g n̄ario ē disiunctiva
propria.

Secundum prium ē: impole ē idem sl ēē, et n̄
ēē. In quo similiter notandum ē, loqui de extremis 9ª dictoriis,
et quodlibet subtum respicere pole, l impole, negativum, seu
positivum: q de quolibet ē verum dicere, qd nequit sl ēē, et n̄
ēē. Affirat g hęc ppositio, n̄ posse sl ciungi duo 9ª dictoria. Un-
de infertes, qd etiam affirat, n̄ posse sl deficere, et abesse. Ratio
ē; q duo 9ª dictoria ēē sl, est formalissime utrumq n̄ ēē sl; sd illa
ppositio affirat, duo 9ª dictoria n̄ posse ēē sl: g affirat utrumq n̄ posse
abesse simul.

Iamq excitaberis, an hęc duo pria sint di-
versa, l unicam, et eandem veritatem obtivam diversis explicent
verbis. Senceo ēē unicam veritatem, et probo: q hęc ppositio: necesse

3. Propositio: impossibile est quodlibet esse, et non esse, affirmat, unum ex duobus contradictoriis debere existere, et non existere aliud, ut probavi: sed debere unum contradictorium existere, et non existere aliud est formalissime esse impossibile, quod utrumque simul existat, et quod utrumque simul deficiat: ergo illa propositio affirmat, esse impossibile, quod utrumque simul deficiat, et quod utrumque simul existat; sed hoc idem affirmat actus iste: impossibile est idem simul esse, et non esse; ergo uterque actus idem affirmat.

Dices: propositio de impossibili fertur circa repugnantiam extremorum, et propositio de necesse, fertur circa necessitatem alterius in subiecto: sed quod alterum extremum necessario conveniat subiecto, non est, quod utrumque repugnet simul ei convenire: ergo illi actus respiciunt obiecta diversa. Respondeo, distinguendo maiorem quoad secundam partem: propositio de necesse fertur circa necessitatem alterius extremi praecisive, nego: circa necessitatem unius extremi, et non existentiam alterius, concedo maiorem. Iam dixi, propositionem illam de necesse, non posse esse disiunctivam improprie, et consequenter affirmare, necessarium esse, quod unum extremum conveniat subiecto, et alterum non conveniat: sed esse necessarium, quod unum conveniat, et alterum non conveniat, est formalissime quod sit impossibile utrumque convenire: ergo idem affirmat propositio de necesse, atque de impossibili.

De ente in communi tractatus primus.

Quid sit ens in communi.

Quaestio prima.

Plures acceptiones istius vocis ens in Logica recensui, duas tantum utiliores modo subiiciam. Prima est entis participialiter. Secunda entis nominaliter accepti: nam ens accipitur aliquando, ut participium verbi substantivi significantis idem, atque existo: et sic ens connotat idem, atque existens cum proprietate: unde sicut haec propositio est falsa, Antichristus modo est, id est existit: ita et haec: Antichristus modo est ens:

Et sicut soli Deo convenit essabilitas, et necessario existere, Creaturæ autem contingenter: ita soli Deo convenit necessario, esse ens, et Creaturæ contingenter. Sed nota, cum omni proprietate, licet contingenter, convenire Creaturæ, quod sit ens in hac acceptione, sicut convenit cum proprietate, licet contingenter, quod currat, intelligat etc.

Ens autem nominaliter acceptum, sive ut est nomen, significat non existentiam, sed aptitudinem ad existendum, et sic definitur: ens est, quod potest existere, cum proprietate. Quæ definitio convenit Creaturis ab æterno licet non extiterint, et contra ab æterno fuerunt entia cum omni proprietate in hac entis usurpatione. Sciendum autem est pro maiori intelligentia, triplicem esse existentiam, intentionalem, negativam, et propriam: intentionalis, cognitio, qua res existit in intellectu: negativa est, quæ convenit negationibus, et utraque nimis impropriè dicitur existentia, et secundum analogiam ad propriam, quæ sola constituit ens, et affertur expressè in definitione. Agimus ergo in hoc tractatu de ente nominaliter accepto, et iam definito. Cuius definitionis bonitas ex eo probatur, quod convenit omni definito, et nulli alteri convenire potest: nam quidquid est ens potest existere propriè, et quidquid nequit existere propriè, non est ens. Dices: illæ voces cum proprietate, redundant in definitione, quia licet vox existere sit analoga ad propriæ, atque impropriæ existentiæ, tamen absolutè prolata stat pro famosiori analogato, et significato, quod est propria existentia; sicut vox homo absolute stat pro homine vero, licet analoga sit ad hominis picti: ergo videntur ab istis vocibus cum proprietate reliquæ signarent propriam existentiam, et contra definirent rationem communem entis.

Fateor dialecticè loquendo, rem ita esse, sed ad huc maioris claritatis gratia, nos addidimus ea verba, ne forte alicui daretur occasio labendi, et errandi, et sane quis reprehendat hanc propositionem

374 Petrus est verus homo, in qua l[icet] videatur superfluere vox verus, quae dialectice loquendo satis continetur in voce homo; tamen maioris explicationis gratia superadditur: sicut itaque in nostro casu. Frequenter dividitur ens in positivum, negativum, et rationis, quae divisio non est rei signatae in plura sua membra, sed nominis in varia signata: nam cum ens sit, quod potest existere, alienatis vocibus a propria signatione, non solum ens positivum, sed negativum, et rationis dicitur cum veritate, quod potest existere, ut iam notavi, ens rationis in logica explicuimus, ubi diximus esse quod totum suum esse habet obiective in intellectu. De negativo agemus in quaestione sequenti: quod sane differt a positivo; nam positivum dicitur a verbo pono ponis, eo quod dum existit, aliquid in rebus ponitur; e contra vero ens dicitur negativum, quia dum existit, nihil ponitur; sed potius negatur, et aufertur aliquid a rebus.

Ex dictis tria inferuntur. Primum, ab ente nominaliter, et participialiter accepto nullam abstrahi posse rationem communem. Probatur; quia ut abstrahatur, opus est, quod dentur duo inferiora adaequate distincta, in quae dividatur talis ratio communis, et unalis; ut patet in hoc communi Petri, et Pauli, et in animali comparatione hominis, et equi: sed ens nominaliter, et participialiter, sive prout dicit existentiam, et non repugnantiam ad existendum, non sunt duo inferiora adaequate distincta; ergo etc. Probo minorem, quia ens existens includit non repugnans; nam quidquid existit, non repugnat existere, licet tamen e contra, quod quid non repugnat existere, existat: ergo ens existens non distinguitur adaequate a non repugnante. Ideo esset inepta haec divisio: ens aliud est existens, et aliud non repugnans; sicut ista: animal aliud est irrationale, et aliud equus; neque ullus dixit, ab equo, et animali irrationali posse abstrahi rationem communem.

Secundum infertur, ens, ut explicat non repugnantiam ad existendum, esse universale commune entis in actu, et in potentia, dummodo sint duo entia diversa, et non unicum, et idem. Dicitur autem ens in potentia, quod potest existere, sed non existit: in actu vero dicitur, quod actualiter existit. Unde non solum in diversis rebus; sed unice, et eidem convenire potest uterque status in diversis temporibus. Tamquam dico

si Comparemus duo entia, alterum existens, et alterum non existens, posse ab eis abstrahi rationem communem entis, ut non repugnam dicit. Resp. quod utrumque convenit in repugnantia ad existendum: ergo potest ab utroque abstrahi ratio communis non repugnantiae ad existendum. At vero si consideremus eandem rem sub illo duplici statu, non est capax, ut ab ea praescindatur ratio communis, et universalis, quia non multiplicatur, nec cum veritate dices, eundem Petrum alium esse in actu, et alium in potentia. Et ob hanc rationem animal non est univocale comparatione solius Petri existentis, et non existentis in diversis temporibus.

Denique infertur, dari ens à parte rei ea ratione, et modo, quo significatur ab ista voce ens. Probatur; quia significatur ut non repugnans: sed à parte rei non repugnat: ergo à parte rei datur eo modo, id est sub illo praedicato, quo significatur. Dices: ens à parte rei est accidens, vel substantia: sed significatur ab ista voce ens ut accidens, vel substantia: ergo non datur ens à parte rei ea ratione, qua significatur, sed alia longe diversa, siquidem non significatur cum eo modo, quem habet à parte rei.

Retorquetur, hanc objectionem probare, quod non detur Petrus à parte rei eo modo, quo significatur per istas voces Petrus est animal rationale, quo quid absurdius? patet; quia non significatur, ut albus, neque ut non albus; sed à parte rei est albus, vel non albus; ergo significatur ea ratione, qua est à parte rei. Igitur respondeo abstrahentium non esse mendacium, et conceditur. Et nomen ens abstrahat ab utraque differentia substantiae, vel accidentis, non tamen illam negare de ente; unde totum obiectum, quod exprimit, quod scilicet est non repugnantia, convenit enti à parte rei. Si vox illa repraesentaret ens, ut non repugnans, et ut excludens quanlibet ex illis differentiis, non repraesentaret illud, ut est à parte rei: quia licet à parte rei non repugnet, non tamen excludit eas differentias, sed aliquam necessario habet. Unde concessa maiori, et minori, neganda est consequentia illius syllogismi.

Utrum negationes sint entia. Quaestio 2a.

Q. 7. negative respondendum e. Caput Ion.

Hic supponendum e, qd infra late provabo, vlt indenti ab operatione intrus existere negationes iuo modo saltem impropriè, et modo Pm inquiro, an cum proprietate sint entia, ita ut ablute eis veniat tradita defio proente in coi. pars affirmativa placuit pluribus DDs, eatn semper mihi displicuit, ideo dicendum e, qd n si ablute, et simpliciter entia. Probatur 1o à priori; q ens cum proprietate e, qd potest existere cum proprietate: s negatio n potest existere cum proprietate, st existit homo, lapis, Equus etc: g negatio n e ens cum proprietate. A posteriori autem idem intentum.

Probo 2o; q si negationes essent entia cum proprietate, posset abstrahi rao cois entis à positivo, et negativo; sd hoc n admittitr ab istis DDbus: g negationes n si entia cum proprietate. Probo maiorem; q cum duo entia veniunt in aliquo prato, potest illud abstrahi ab eis: sd si negationes essent entia cum proprietate, veniret ens positivum, et negativum in raone entis: g si negationes essent entia cum proprietate, posset abstrahi rao cois entis à positivo, et negativo; st potest abstrahi rao aialis ab equo, et hoc; q in eo prato veniunt.

Dices, negationes ee entia negativa; ceteras vo entitates ee entia positiva. Sd Do; q etiam homo e aial raonale, et Equus aial hinnibile: et tn ab utroq potest abstrahi rao aialis; q raonale, et hinnibile n differentiae trahentes raonem aialis: g si differentiae illae negativi, et positivi trahunt veram, et propriam raonem entis, n officiunt convenientiae; sd potius requiruntr, ut inferiora veniant.

Probo 3o; nam accipio qd qd affirmas ee ens reale, et argumentor ita. Negatio hois n e pomo; g nec negatio entis realis, quodcunq illud sit, appelles, e ens reale, et consequenter datr aliqua negatio, quae n sit ens reale.

ans certissimum ē; probo cōam; q ideo negatio hois n̄ ē homo; quia cun=
cum 2ª dictorium nequit alterum continere, cum potius sit eius formalis
destructio: sed negatio entis realis ē formalis destructio ipsius entis rea=
lis, quodcunque illud sit: ergo negatio entis realis nequit eē ens reale. Con=
firmatur, nam ab aeterno existunt negationes: sed ab aeterno n̄ existunt en=
tia realia praeter tres divinas Personas: ergo negationes n̄ sunt entia rea=
lia. Probo maiorem: ab aeterno n̄ existunt Creaturae, quas in tempore
Deus producit: ergo ab aeterno existunt negationes contradictoriae illarum.

Probo

4: haec propositio n̄ ē vera, sed falsa: negatio entis realis ē ens reale.
Sumo autem voces istas: ens reale, pro omni ente reali quodcunque
illud sit: ergo negatio entis realis vere n̄ est ens reale. Probo ans: illa
propositio, quae nimis impropria ē, aequivalet huic propriae: n̄ ens reale ē ens reale
sicut haec, negatio Petri existit, aequivalet huic
n̄ existit Petrus; sed haec propositio ē falsa: ergo et illa, quae aequivalet huic.
Probo hanc maiorem, quia contradictoria illius ē vera, scilicet, ens reale ē
ens reale, cum identica sit: ergo illa, quae dicit, n̄ ens reale ē ens reale
falsa ē. Confirmatur; quia ut esset vera haec propositio, nullum ens existit, opus
esset in opposita sententia, quod existeret aliquod ens. Quod quis n̄ videat
eē plus quam falsum? sicut si diceret aliquis, opus eē quod aliquis ho=
mo curreret, ut verum esset, quod nullus curreret. Probo autem sequelam;
quia ut nullum ē, quodcunque sit, existat opus ē, ut removeantur, et negentur
omnia entia: sed haec remotio, et negatio ē ens per te: ergo ut nullum ens ex=
istat, opus ē, quod aliquod existat.

Probo denique; quia negationes ab omnibus
dicuntur entia rationis, et entia per intrinsecum: ergo n̄ sunt entia realia: pro=
bo cōam; quia vere n̄ dicitur habere praedicatum per intrinsecum, quando habet illud
à parte rei, sed cum n̄ habet, neque habere potest: ita n̄ dicitur Petrus cur=
rere per intrinsecum, licet à parte rei n̄ currat; quia potest habere cursum à parte
rei: ergo si negatio esset ens à parte rei, n̄ esset ens per intrinsecum. Et hinc

378\. deprehendes, cur Petrus, et similiter de quolibet alio ente positivo, non dicatur ens privativum, licet apprehendatur, ut ens, dicatur tamen negatio, quando concipitur, ut ens. Ratio non est; quia Petrus est ens a parte rei, et negatio non est ens: ideo Petrus non dicitur ens privativum, licet apprehendatur, ut ens; dicitur autem negatio, quia fere semper ad modum entis concipitur, et apprehenditur, ut Angelus apprehenditur, ut iuvenis; quamvis subsequens iudicium saepius corrigat has apprehentiones, notando earum falsitatem.

aliquibus difficultatibus fit satis.

Caput 2um.

Dices 1o; negatio est aliquid; sed non fictum; ergo reale: quod est ens cum proprietate: probo minorem; quia sine ulla fictione dicitur Petrus non esse albus. Respondetur, negando maiorem; quia negatio est nihil; et consequenter non est aliquid. Quod si roges, ut explicem tibi, quid sit negatio? negabo tibi suppositum, quod negatio habeat, vel possit aliquid habere esse. Nam quando dubitas, quid sit negatio, vel quod esse habeat? supponis habere aliquod esse, et inquiris quale sit? sicut quando inquiris, quod sit constitutivum corporis, supponis, quod corpus habet aliquod constitutivum, et inquiris quale sit. Igitur quando datur negatio, nullum datur esse; sed solum deficit esse termini contradictorii. Imo ipsa negatio est formalissimus defectus illius esse, quod habet terminus contradictorius, quis autem dicat, quod defectus, et destructio unius esse formaliter loquendo est positio alterius esse.

Dices 2o; omne illud, de quo cum veritate dicitur esse, est ens reale; sed cum veritate dicitur de negatione, quod sit: ergo negatio est ens reale. Probo minorem; quia haec propositio est vera, negatio Antichristi existit. Respondetur, distinguendo maiorem; si esse accipiatur in acceptione propria, concedo maiorem; si alienetur à propria significatione, nego maiorem. Alienatur autem quoties de negationibus loquimur. Imo hic observari vellim, nimis impropriam esse locutionem, quoties aliquid affirmamus de negationibus

p affirmativam ppositionem; et copulam verbalem, alienari debere à propria significatione ad impropriam. Solum ergo uti debemus ppositionibus negativis; ut Petrus non existit, Paulus non potest videre: non autem dices, existit negatio Petri, Paulus est caecus; quia nimis impropriè loquens, licet omnes istae ppones communiter admittantur, ut aequivalentes; quia per omnes idem exprimere conamur.

Dices 3°, ex opposito puncto, cui nos innitimur, negationes non sunt entia raonis: quia sunt entia realia: ans pr; quia similiter dici possent Lapides, et Equi raonis, cum possit intellectus in negationibus percipere haec praedicata, quae illis repugnant à parte rei. Rnd. eo, negando ans; sunt non entia raonis, ut supra monstravi; sed advertendum est, quod negationes non sunt entia realia, neque raonis antequam operetur intellectus; quia neque habent esse, neque apprehenduntur habere. Ideoque dicuntur esse entia raonis, quasi per hypotesim, quia si haberent esse non est reale; sed raonis. Verum iam instat antis probatio, cui Reo 1°, similiter dici posse, quod per intellectum habent ea omnia praedicata: 2° specialiter dici entia raonis, quia fere semper concipiuntur ab intellectu ad modum entis realis; non autem ad modum Lapidis etc. Et praeterea, quia ea locutione conamur denotare non esse entia realia, quod non assequeremur, si negationes appellaremus lapides, vel equos raonis; quia stat optimè subiectum esse lapidem raonis, et non est ens raonis, ut patet in Angelo, hoc etc.

Hinc inferes, ex eo quod cum veritate dicatur de negatione, quod est ens raonis, sive per intellectum, posse affirmari de ipsa cum veritate, quamlibet differentiam entis realis, per intellectum, ut bene valet: negatio est ens per intellectum: ergo potest esse lapis, vel equus per intellectum. Ratio est evidens; quia cum negatio non sit absolute ens, consequenter non est aliquod inferius entis; nam de quo raone superior negatur, etiam inferior negari debet: ergo quodcumque inferius entis, quod apprehendatur in negatione, solum convenit illi per intellectum. Non sic evenit in

3:80 ente reali; nam de quo affirmamus ee' ens reale, n̄ ideo possumus affirmare, q͂d possit ee' homo l' lapis: e contra vero, ab affirmato inferiori entis, valet ad affirmandum superius, ut evidens ē; s; ab affirmato inferiori entis p intrum, n̄ valet ad affirmandum ens p intrum, v.g. lapis ē lignus p intrum: g° ē ens p intrum. Ratio ē; q͂ ut negetr inferius de aliquo subto, et conveniat illi s̄m p intrum, n̄ opus ē, ut superius, negetr, de illo, et conveniat p intrum: q͂ ratio superior potest ee' in aliquo subto, in quo n̄ reperiatr inferior.

Aliud argutum, ubi an negationes pendeant à Deo? Caput tertium.

Obiicies denuo: qdqd pendet à Deo ē ens; negationes pendent à Deo: g° sunt entia: proba morem: qdqd n̄ ē Deus pendet à Deo: negationes n̄ sunt Deus: g° pendent à Deo. Probo marem: qdqd n̄ ē Deus, ē creatum; nam qdqd ē, adæquate dividitr in Creatum, et in increatum; s; qdqd ē creatum pendet à Deo: g° qdqd n̄ ē Deus pendet à Deo.

Rndetr, omissa mari, et negando morem; ad probaonem distinguo marem: qdqd positive n̄ ē Deus pendet à Deo, concedo, qdqd negative n̄ ē Deus, pendet à Deo, nego. Negatio autem, s̄m negative n̄ ē Deus, et n̄ positive, q͂ nullam positivam entatem habet, s't lignus, l' homo. Similitr distinguenda ē moris probatio; qdqd positive n̄ ē Deus ē creatum, concedo: qdqd negative n̄ ē Deus, ē creatum, nego. Unde illa divisio bona ē, si divisum habeat aliquam entatem, aliter ē inepta. Cumq; negatio n̄ sit, q͂ nullum ee' verum, et reale habet, neq; creata, neq; increata ē positive. Et increata negative posit appellari, quatus n̄ trat creationem, l' ullam actionem.

Sed libet ex principiis dialecticis, et methaphisicis ostendere, q͂d negaones n̄ pendent à Deo, contra plures Ddes oppositum sen-

sientes: etenim impossibile est, duplex contradictorium pendere ab unico, et eodem principio; sed entia positiva pendent a Deo; ergo negationes contradictoriæ non pendent a Deo. Probo maiorem, quando non datur unum contradictorium, datur aliud; ergo formaliter ablatio unius est alterius positio; sed quando non datur principium, a quo pendet unum contradictorium, non datur ipsummet contradictorium: ergo tunc datur alterum contradictorium, cum deficit eiusmodi principium; ergo hoc contradictorium non pendet ab eo principio. Ut si non daretur Deus non daretur Petrus; ergo pendet a Deo: ergo si non daretur Deus, daretur negatio Petri, quæ proinde non pendet a Deo.

Confirmatur, quia bene valet ab opposito contradictorio consequentis ad oppositum antecedentis: ergo non possunt duo contradictoria pendere ab eodem principio: probo consequentiam, quia hæc est legitima argumentatio: existit Petrus: ergo existit Deus: ergo ab opposito infertur, non existit Deus; ergo non existit Petrus; sed eius negatio: ergo ut existat negatio Petri non requiritur Dei existentia, nam ea negata infertur positio negationis existentia. Confirmatur præterea, quia si Deus non existeret, nulla creatura existeret: ergo existerent negationes omnium creaturarum, quæ consequenter, ut existant non pendent a Dei existentia. Imo necessario existerent in isto casu omnes negationes; quia ex suppositione, quod unum extremum sit impossibile, contradictorium est necessarium; sed ex suppositione, quod Deus non existeret, essent impossibiles omnes creaturæ: ergo essent necessariæ omnes earum contradictoriæ negationes.

Denique confirmatur, quia ut existat negatio Dei non pendet a Deo, ut evidens est; negatio Petri non pendet a Petro; sed potius petit, vel ut melius dicam, formalissime est non esse Petrum: ergo iam aliqua negatio non pendet a Deo. Imo ex his rationibus colligitur, negationes non solum de facto a Deo non pendere; sed neque pendere posse; ideo non probabimus non pendere, quia pendent entia positiva; sed necessarium est, quod entia positiva pendeant; ergo impossibile est, quod entia negativa pendeant. Sed dices, saltem libera, et contingens negatio pendet a Deo: ergo aliqua

§ 8.[us] negatio pendet à Deo: p. ans; q. si n. esset Deus, fieret impossibilitas
positiuus, v.g. Petrus: q. eius negatio esset nar[i]a, et n. contingens: patet
q. illud narium ē, cuius contradictorium impossibile. Resp. distinguendo ans:
libera, et contingens negatio pendet à Deo s.[m] suum ēē praecise qualecun-
que sit negatiuum, nego ans. s.[m] denegationem contingentis, quam subit, concedo
ans. Et hoc solum conuincit probatio. Utaq. negationem ēē contingentem, ē
Deum posse trum contradictorium producere. Haec autem potia pendet à Deo: q. con-
tingentia negationis pendet à Deo; at ipsa negatio s.[m] se n. pendet; q. ma-
neret etiamsi deficeret Deus. Sic negatio, qua Petrus dicitur n. videre ob-
tum, n. pendet à Petro s.[m] ēē negatiuum; q.[a] deficiente Petro existit suo mo-
do, imo narió existit: pendet tn., ut contingens sit, q. nisi Petrus existat im-
possibile ē, q.d obtum videat, et consequenter n. contingens, s.d narium ē, q.d n. videat.

Obiicies

2.[o] negationes producuntur à Deo: q. sunt entia: patet, q. n. potest ēē nihil, q.d
trat productionem: ans prob.: q.d q.d n. ē Deus producitur à Deo: s.d negationes n.
ss Deus: q. producuntur à Deo. Resp. negando ans; ad probationem distin-
guo maiorem: q.d q.d n. ē positiue Deus, producitur à Deo, concedo maiorem: q.d q.d
n. ē negatiue, nego maiorem. Omne id quod habet ēē, et n. ē Deus, producitur
à Deo; s.d cum negatio n. habeat ēē, q.d mirum quod, licet Deus n. sit, à Deo n. pro-
ducatur: neq. hinc inferas, magnam ēē negationis perfectionem, quae n. pro-
ducitur, sicut Deus: Etenim habere entitatem improductam ē summa perf-
ectio, quae soli Deo competit. At n. produci, q. nulla adest perfectio, quae
trat productionem, summa imperfectio, et infelicitas ē, et negationi hoc
conuenit. Facillime haec à quolibet percipiuntur: ideo valde miran-
dum, in quas angustias sese DD.s aliqui iniecerint, ut propugnent,
negationes produci, et habere sui causas.

Et primo aliqui dixerunt, n. posse
eas existere, nisi producantur à Deo. Sed contra, q. tam ab aeterno Deus
aliq.d extra se produceret, imo narió operetur in productionem nega-
tionum nariarum, quae p. totam aeternitatem existunt narió. Deinde

ab uno 9ª dictorio valeret ad aliud v.g. Petrus existit: ergo Deus existit. Deus non existit: ergo non existit Petrus: ergo existit Deus. Praeterea nequit requirere Deum ad sui productionem id, quod necessario existeret, Deo deficiente; sed Deo deficiente necessario existerent negationes: ergo hae non requirunt Deum ad sui productionem: probo minorem; quia existeret negatio ipsius Dei, cum sit idem formalissime, Deum non existere, atque existere eius negationem. Deinde existerent negationes omnium creaturarum positivarum: patet; quia non existerent positivae creaturae, quae necessario conectuntur cum Deo; sed non existere creaturas positivas, est formalissime existere negationes ipsis oppositas: ergo. Denique non potest exigere Deum ad producendam suam existentiam id, quod melius existit absente, et deficiente Deo: negationes autem melius existunt Deo deficiente, quia cum omnimoda necessitate, et citra omnem contingentiam, et periculum, quod abolerentur, existere.

Dices posito hoc impossibili, quod Deus deficeret, sequi utrumque, et quod creaturae positivae deficiant, et quod non deficiant: primum, quia exigunt Deum, tanquam causam: ergo deficiant, et quod non deficiant: 2um, quia sibi vere exigunt negationes. Contra: quia iam verificarentur de facto duo 9ª dictoria, v.g. Petrus pendet, Petrus non pendet a Deo. Pendet, quia deficeret, Deo deficiente: non pendet, quia perseveraret, et non deficeret, deficiente Deo. Contra 2º; nam quia actio stricte conectitur cum principio, deficiente principio, deficit actio, neque verificatur, quod deficiat, et non deficiat: sed creatura stricte conectitur cum Deo: ergo deficiente Deo, necesse est, quod creatura deficiat, neque verificabitur, quod deficiat, et non deficiat. Et sane ex eo quod unum conectatur cum alio infertur, quod praecise deficiat illo alio cum quo conectitur deficiente, non vero infertur, quod deficiat, et non deficiat.

Secundo alii sentiunt, quamlibet negationem produci per actionem negativam realiter distam; qui impugnantur aperte; nam actio negativa productiva negationis Petri v.g. vel opponitur 9ª dictorie Petro, vel actioni positivae, quam

§84 fieret Petrus, si existeret. Si opponitur Petro, ut aliqui volunt: Contra, nam eiusdem termini positivi nequeunt esse duae negationes contradictoriae: ergo nequit opponi contradictorie Petro sua propria negatio, et altera negatio actionis, qua existeret: antecedens patet; quia potest existere una negatio sine alia; illa saltem, si per impossibile ita existeret, coniungeretur Petrus scilicet cum aliqua sui negatione; quod est inintelligibile. Si vero dicatur opponi actioni positivae: Contra, quia sic coniungeretur etiam Petrus, et ipsius negatio. Patet; nam quando existit actio productiva Petri, existit Petrus, et quando existit actio productiva negationis Petri, existit negatio Petri; quoniam actio sine termino esse non potest: sed sic ambae illae actiones existunt: ergo sic existit Petrus, et eius negatio: probo minorem; quia cum Petrus per solam actionem A existit, dantur negationes plurium actionum positivarum, quae existere potest: quae negationes sunt actiones negativae productivae negationis Petri: ergo sic existit actio positiva Petri, et negativa: imo plures negativae, ad eius negationem terminatae.

Sed dices, plures sunt negationes, quarum causa dicitur Deus, et plures, quarum causa est Creatura: ergo negationes habent sui causam: antecedens probatur; quia Deus est causa beneficii negativi, quod consistit in negatione alicuius mali, quod a nobis avertit. Deinde in thomistarum sententia consistit formale peccati, in privatione debitae rectitudinis, cuius causa non est Deus; sed Creatura. Respondetur, negando antecedens, si cum proprietate loquendum sit. Ad primae partis probationem, dico, Deum esse causam moralem illius beneficii negativi; quia censetur illam causare, cum posset formale malum oppositum apponere; non vero physice, cum quia nihil producit. Ad 2am partem; quid quid sit de ea thomistica opinione, quam reputo falsam, Dico, eam privationem non habere propriam sui causam, habere tamen fundamentum ipsius, quod est positiva entitas actus: cuius causa determinans est Creatura, et non Deus. Ideo tribuitur ea negatio Creaturae, et non Deo.

Ex dictis infertur, evidenter abstrahi non posse rationem communem entis a positivo, et negativo; nam fundamentum abstractionis est infe

riorum conveniens in eo prato, quod abstrahitur, sed ens positivum, et negativum, non conveniunt in ente, quia positivum vere est ens, negativum autem vere non est ens: ergo nequit abstrahi ratio entis a positivo, et negativo; sicut nequit ab hoc picto, et vero praescindi ratio hominis; quoniam alter est verus homo, et alter fictitius.

Questio 3a.

Utrum possit abstrahi ratio communis entis ab ente reali, et rationis.

Pars negativa esset indubitata, nisi thomistae oppositum defenderent: contra quos insurgo 1o, et demonstro, non posse praescindi rationem entis a positivo, et rationis: 1o quia ens rationis non convenit cum ente reali in ratione entis: ergo ab utroque nequit praescindi ratio entis: consequentia est evidens: probo antecedens: quia ens reale est absolute, et simpliciter ens: at ens rationis solum habet apprehendi, ut ens, sed nulla datur convenientia inter duo, quorum alteri convenit esse ens, alteri vero cognosci, ut ens: ergo ens rationis non convenit cum ente reali in ratione entis. Explico hoc ipsum: ex eo quod paries sit albus, parietum non convenit reipsa cum subiecto albo, neque ratio albi est communis utrique, quoniam aliud est esse album, et aliud cognosci, ut album; sed ens reale est reipsa ens, rationis vero ens cognoscitur, ut tale praecisse: ergo in ratione entis non conveniunt.

Demonstro 2o: quia nequit abstrahi ratio hominis a vero, et picto: ergo neque ratio entis a vero, et intentionali: probo consequentiam, nam ideo a vero, et picto homine non potest abstrahi ratio communis hominis; quoniam absolute non conveniunt in natura humana, et ideo non conveniunt; quia alter est vere, et simpliciter homo, alter vero apparet homo, cum non sit, nisi quaedam eius effigies, et simulacrum; sed etiam ens rationis apparet ens, cum tale non sit; ergo non convenit cum ente reali. Urgeo. Maior convenientia datur in ratione

38b hois in tr verum, et fictum, quam in raone entis intr reale, et raonis: nam homo pictus vere habet in se eam figuram externam valde sibi em homini vero, independtr ab operaone intus, quam non habet ens raonis in raone entis cparatione positivi, et realis: et tn homo verus, et pictus non conveniunt in raone hois; ergo a fortiori non conveniunt ens reale, et raonis in ceptu entis.

Demonstro 3o: quia ens raonis, quâ tale, affert formalissime negaonem entis realis; ergo quâ tale nequit convenire cum ente reali, et consequenter ab utroque prescindi ceptus entis: patet coa; et ans probo: nam ens raonis, quâ tale, ~~affert formalissime negaonem entis realis~~, ideo dicitr ens raonis, siue per intrum, quia vere, et realitr habet negaonem entis realis, et concipitr ab intru, tanqm si esset ens. Qua raone Petrus dicitr sequus raonis, sive per intrum, quia talis concipitr, cum a parte rei illi repugnet esse sequum: ergo ens raonis, quâ tale affert formalissime negaonem entis realis. Infertr ex his raonibus contra Caietanum 1a parte quest 28 arlo 2o, (ex quo didiscerunt alii thomistae) non dari raonem coem relationis relationi reali, et raonis. Quae doctrina familiaris est ipsis; sed falsitatis aperte convincitr ex demonstraonibus factis, quae paritr convincunt, nullam raonem posse esse coem duobus extremis, quorum unum vere, et realitr illam participat, alterum vero per intrum.

Sed dicunt 1o: sicut extremum unum refertr ad aliud realitr per relationem realem, ita refertr intonalitr per relaonem intonalem, siue apprehensam ab intru: ergo ab utraque potest abstrahi raocois relaonis. Rtr 1o negando coam; quia una est vera relatio, altera vero non est relatio, sed apprehenditr, ut talis: et similitr dici posset â Deo cognito, ut albo, et Petro, qui re ipsa albus est, posse abstrahi raonem coem albi: quia sicut albedo realis realitr dealbat Petrum, ita intonalis intonalitr dealbat Deum. Rtr 2o negando ans quoad 2am partem; quia cum res apprehenditr, ut relata ad aliam, siue per intrum refertr, forma huius denoationis non

n̄ ē ipsa relatio, quæ ɔcipitr; sꝫ cognitio à qua ɔcipitr; nam qꝫ referatr p intrum, ē qꝫ cognoscatr, ut relata; sꝫ qꝫ cognatr, ut relata, ē à cognitione tanqm à fra: ḡo qꝫ referatr p intrum, ē à cogne, tanquam à fra. Ita raone siquis Angelum cum albedine ɔcipiat, dicetr Angelus p intrum albus n̄ ab albedine in ipso ɔcepta; sꝫ à cogne ɔcipiente.

Dicunt 2o, quæ minus differunt, ɔveniunt magis, et cōentr ablute ɔveniunt; sꝫ minus differunt in entis ɔceptu ens reale, et raonis, quam ens reale, et pure nihil: ḡo magis ɔveniunt ens reale, et raonis, quam ens reale, et pure nihil, et cōentr ablute ɔveniunt. Potest ḡo ab eis rao cōis entis pscindi. Quis n̄ videat argutionem istam? sṫ si diceres: minus differt homo à sua efigie, quam ab efigie Leonis; ḡo magis ɔvenit, imo ablute ɔvenit cum sua efigie; et cōentr rao hoīs pscindibilis ē à vero, et picto hoē. Vel si dicam: minus differt Asinus ab Asino raonis, quam ab eo, qꝫ pure Asinus n̄ ē; sꝫ tu ē Asinus raonis: ḡo à te minus differt, et ideo n̄ ɔvenit magis, imo ɔvenit ablute: ḡo potest abstrahi rao cōis Asini à te sl cum Asino vero.

Rndetr ḡo omissa mari, et negando morem. Tantum n̄ distat ens reale in raone entis ab ente raonis, quam à pure nihil. Ratio ē: q̄ utrunq̄ vere, et realitr habet negaonem entis æqualitr: ḡo æqualitr differt ab utroq̄ in raone entis; sṫ æqualitr distat homo in raone hoīs à sua efigie, quam ab Equo, qui neq̄ realitr, neq̄ repræsentative ē homo. Fateor qꝫ aparentr videatr ens reale minus differre ab ente raonis, quam à pure nihil; q̄ cum ens raonis sit aparentr ens, aparentr videtr ɔvenire cum ente reali; sṫ aparentr videtr efigies hoīs cum vero hoē ɔvenire; at pure nihil neq̄ aparentr ē ens. Cæterum methaphice loquendo, n̄ minus distat ens reale ab ente raonis, quam à pure nihil. sṫ t n̄ minus distat homo, quà talis à sua efigie, qm ab altera. Hæc licet ita sint negari n̄ potest, qum plures sint raones cōes

enti reali, positivo, et raonis. Huiusmodi sunt extrinsecae denominationes cogniti, amati etc. Etenim omnia entia cum omnimoda proprietate cognoscuntur, et amantur: ergo conveniunt in cognosci, et amari: ergo potest ab eis abstrahi raonis cogniti, et amati. Neque placet aliquorum doctrina dicentium per hanc vocem cognitum, sive amatum, formaliter, et expresse denotari, cuiusnam generis sit materiale quod cognoscitur, vel amatur. Ita ut repraesentet id quod cognitur, in ente reali, esse ens reale, negativum in negativo, et impossibile in ente raonis.

Displicet, inquam; nam illae voces solum signant materiale in quod cadit cognitio, vel amor, abstrahendo ab eo, quod materiale illud sit reale, positivum, seu raonis. Unde eadem raone verificaretur de Deo vox ista cognitum, licet denudaretur positiva sua entitate, et negativam indueret, dummodo cognitionem traheret: ergo illa non repraesentat expresse, positivum esse in Deo materiale in quod cadit cognitio; sed ab eo abstrahit.

Praeterea licet ens univocum non sit ratione entis realis, negativi, et raonis, negari non potest, quin sit analogum: patet; nam analoga sunt, quorum nomen est commune, raio vero signata per nomen non est una, et eadem in omnibus, sed multiplex, cum aliqua similitudine: ut patet in hac voce veri, et picti: in visu separatione viriditatis, et visus humani: sed nomen ens est commune praedictis his omnibus entibus, raio autem non est in omnibus eadem, sed diversa, cum aliqua tamen similitudine; nam sicut ens reale vere, et realiter existit, ita negative existit negatio, et in intellectu existit ens raonis: ergo in existendo aliqualem similitudinem servant: ergo sunt analoga ratione entis.

Quaestio 2a.

Utrum abstrahi possit raio communis ab ente completo, et incompleto.

Mutuanda hic est a subsequenti tractatu divisio, et explicatio

entis completi, et incompleti, quae qua discutiri poterit; an ab eo possit ratio communis praescindi. Ens autem completum, et incompletum: aliud est physicum, et methaphysicum aliud: ens physice incompletum communiter dicunt illud esse, quod natura sua ordinatur ad aliquod totum constituendum, ut materia, forma etc. Completum autem quod eiusmodi ordine caret, ut Angelus, homo etc. Displicet haec expositio, quam ad hominem ex eorum communissima doctrina impugno. Nam ipsi dicunt, lignum bipalmare esse unum ens per se, et unum compositum per se nequiret, nisi ex duobus entibus incompletis constaret. Tunc sic: ergo duo palmi, quibus constat bipalmare lignum, sunt entia incompleta, et tamen non ordinatur natura sua ad componendum illud totum, quia etiam in illius compositione possunt connaliter existere: ergo datur aliquod ens incompletum, quod sub ea definitione non continetur, et consequenter non convenit omni definito.

Ut hoc argumentum vitarem lib. 1o Physicorum tractatu quae 1a cap. 2o dixi, ens incompletum esse, quod vel ordinatur natura sua ad aliquod totum componendum, ut forma substantialis corporea, vel illud actualiter componit uniendo se cum altera parte, ut palmus ligni, gutta aquae, etc. Ens autem physice completum esse, quod utroque caret; quia neque ordinatur ad aliquod totum natura sua, neque illud constituit, ut homo, equus, etc., unde aperte deduxi formam rationem incomplexionis esse intrinsecam, et essentialem entibus incompletis, quae natura sua eam habent. Primum vero accidentalium omnino; quia per accidens est toti aquae Maris, quod cum alia gutta uniatur.

Hinc fit, ut idem omnino ens ex completo fiat incompletum, et ad ex incompleto, completum in hac acceptione 2a: sicut ex non unito fit unitum, et ex unito ad non unitum transitur: ut patet in eadem aquae portione, quae iam unitur cum alia, et iam unionem amittit.

Tandem his dictis addendum, et solvendum est hoc mihi occurrens argumentum: si ens physice completum componeretur ex duobus physice incompletis, esset simul completum, et incompletum physice: hoc repugnat: ergo: probo maiorem; esset completum, quod supponimus, non esset, quia sermo sit de equo. Hic essaliter dicit

3.º qdqd pars affert; q̃ totum essabiter dicit partem, sd pars V[?]l. fra essa=
biter e in[c]pleta phice: ergo lquus essabiter ē phice in[c]pletus. Confir; nam in
genere methaphico homo ideo ē roalis, q̃ includit partem, que roalis essa=
biter ē; sd in genere phico lquus includit frām, que essabiter in[c]pleta ē; ergo
in genere phico lquus essabiter in[c]pletus ē.

Retr, negando marem quoad
[c]m partem: ad probaonem distinguo magem: lquus essabiter dicit, qdqd
positivum affert pars, [c]cedo marem: qdqd negativum; nego marem.
Ita q̃ fra [c]stituitr in raone partis, ex eo q̃d excludat tanqm [c]stitutiv=
[c]um sui mam, quam includit lquus: [c]venit q̃ fre excludere mam;
lquo autem n̄ [c]venit excludere; sd potius includere. Ecce hoc p̄vatum
q̃d negativum ē [c]venit parti; sd n̄ toti, cum autem esset ens in[c]pletum sit
ēē partem, et [c]pletum sit ēē totum; n̄ infertr, equum ēē ens in[c]pletum, ex
eo, q̃d entia in[c]pleta includat. Ad [c]firmaonem distinguo marem: precise;
q̃ includit partem, que essabiter roalis ē, nego marem: q̃ includit par=
tem, q̃ ipsi essabiter roalis ē aliqd positivum, [c]cedo marem; pars autem in
genere phico n̄ ē in[c]pleta p̄ qd adequate positivum, dicit n̄ a se ex=
cludere aliam partem, q̃d negativum ē, et ideo n̄ [c]venit toti, q̃ solum
admittere tenetr qdqd positivum affert essabiter pars.

Ens methaphi=
sice [c]pletum, et in[c]pletum varie definitr, et accipitr a DDoubus alii
dicunt, methaphice in[c]pletum ēē, q̃d signatr p̄ modum alteri adiacen=
tis, ut roale: [c]pletum autem, q̃d signatr p̄ modum p̄se stantis, ut homo.
Dicitr autem, vocem signare ad modum p̄se stantis, quando substantiva
ē, et ad modum alteri adiacentis, quando adiectiva. Ex qua explicaone
inferuntr duo. 1m, posse rem, neq̃ [c]pletam, neq̃ in[c]pletam metha=
phice ēē; q̃ potest, neq̃ noe substantivo, neq̃ adiectivo signari. 2m
n̄. s. m eandem rem qualiter acceptam ēē posse et completam, et in=
[c]pletam methaphice, ut homo, et roalis; q̃ potest duobus noibus, altero
substantivo, et altero adiectivo exprimi; sd etiam eundem formalissimum

conceptum, ut aïal, et sensibile propter eandem raonem.

Aliter explicat Pater Gur. De nona Methaphicç sesse 3a. cum aliis RR. Quas ens metha=phisice completum, et incompletum: incompletum vocat illud, quod tanquam pars aliqua totum methaphisicum componit, ut animal, l. rationale: completum autem, quod nulla raone componit, ut homo, equus etcta. Eo modo, quo in genere phisico dicitur ens incompletum, quod tanquam pars phisicum aliquod totum constituit: completum vero quod non constituit, ut homo. Aptissima est hçc explicatio, et vocum acceptio, in qua solum notare est, quod ens methaphisice completum non pendet ab intra; nam independenter ab istius operaone homo ordinatur, neque componit cum alia nara Bm aliquod, pendet autem ens methaphisice incompletum patet: quia animal, vg. non est pars metha=phisice constituens hoem usquedum ab intra prescindatur a rationali; sed est incompletum est ppter pars methaphisice constituens hoem: ergo non est incompletum usquedum ab intra prescindatur a rationali; pendet ergo ab operaone intrus ut sit ens methaphisice incompletum.

Iam ex his liquet, an abstrahi possit raocois ab entibus completis, et incompletis; proquo statuo 1o. potest abstrahi raocois entis completi phisice ab oibus entibus phisice completis, et entis incompleti phisice ab oibus phisice incompletis; probatur; quando plura inferiora conveniunt in aliquo prato, potest illud ab eis abstrahi et viceversa; sed oia entia phisice completa conveniunt in eo prato, et similiter omnia phisice incompleta: ergo etcta.

Itaque oia entia, quç ad aliquod tertium componendum ordinantur, et sunt incompleta in priori acceptione, conveniunt in ordinari ad Bm constituendum: similiter, quç accidaliter componunt aliquod totum, et sunt incompleta, in posteriori acceptione, conveniunt etiam in actuali compositione totius: Et denique, quç neque ordinantur, neque totum constituunt, et sunt completa, in eo prato conveniunt; sed convenire est fundamentum abstractionis: ergo ab illis entibus abstrahibilis est utraque raoentis vel phisice completi, et incompleti.

392 Statuo 2º: potest abstrahi ratio cois entis methaphisice completi ab oibus methaphisice completis: et siliter entis methaphisice incompleti ab oibus methaphisice incompletis. Hoc intelligendum est in qualibet ex predictis acceptionibus; et prob. quia oia methaphisice completa conveniunt in hoc gradu; et siliter oia methaphisice incompleta: ergo potest illud abstrahi ab oibus.

Ex dictis infertur posse ab oibus accidentibus abstrahi rationem eorum accidentis, licet oppositum sentiat P. Vasq. De la Methaphisica cap. 3º. prob. quia oia accia conveniunt cum omni proprietate in hoc quod est inhaerere subiecto: demus hanc esse legitimam accidentis definitionem: ergo ab oibus potest abstrahi ratio cois inhaerendi subiecto; sed haec est accidens: ergo ab oibus potest abstrahi ratio cois accidentis. Dicit P. Vasq. accia non sunt simpliciter entia: ergo non potest ab eis abstrahi ratio accidentis. Resp. eo, lm, ant. esse falsum, quia accia cum omni proprietate non repugnant existere: ergo cum omni proprietate sunt entia: 2m negando cons. quia negari non potest, quod ablute, et simpliciter sint accia: ergo potest ab eis abstrahi ratio accidentis.

Hactenus reverendus admodum Magister Dr Barnabas de Medina, quem prae aegritudine diuturna male vexatus unum prae aliis selegi, tanti ingenii invidus, suae supellectilis avidus, ptius doctrinam mihi maxe arrixit, necnon meis iactis in Logica priis adeo consentanea visa est: quare Auditores mei, fortunatiori eventu, non desperato casu, tantum Praeceptorem obtinuistis, me aegrotante sequutum, ut firmam, ac solidam ab ipsa met infirmitate, ac tenuitate mea exciperetis doctrinam. Valete.

tractatus 5.
de divisionibus entis in communi

Postquam tractatus de ente in coi absolutum est; recta doctrinae methodus dictitat eius divisiones singillatim exponere, ad unguemque examinare; sed quia tum angustiae temporis nos comprimunt, tum variis in locis nostrae Philosophiae phisicalis praesentis tractatus difficultates manserunt discussae; si in hic de essentia, et existentia entis quaestionem in periculum adducam: properemus ergo disputationem leviter

Disputatio unica.

de essã, et existã; Caput 1m selebriores entis divisiones recensendæ præmittuntr.

Prima entis divisio ẽ in ens creatum, et increatum: Creatum ẽ, qd trat productionem, ut existat; talis ẽ qælibet Creatura, de qua sæpius præsertim lib. 2o Phicorum egimus: increatum ẽ, q existit indendr à productione: talis ẽ solus Deus; hic nq ẽ obtum partiale Methaphics, ut raone natli cognoscibilis, cuius existam oes ubique terrarum Gentes aspirant; et ipse quidem Tres, et unicum ẽẽ demonstravit, ut de 2o capo. 6 libri 2i Phicorum dicebam. Præterea Deus ẽ primum ens in perfectione, qa oes tinet formaliter, l eminenter cæterorum entium perfectiones, qs innumeras alias supperaddit. Item ẽ nalis existens independr à libero arbitrio, et voluntate alterius, imo et quæ ipsius. Rursus habet ẽẽ improductum, et independens à quolibet alio extra se; ab eo autem cætera pendent, et producuntr. Deniq ẽ incapax ortus, et interitus; qr neq potuit habere initium suæ durationis; neq poterit videre finem sub ulla prorsus vicissitudine, aut mutatione.

Secunda entis divisio ẽ in ablutum, et respectivum ens: ablutum (prout opponitr relativo tam modali) ẽ, q caret omni respectu, et habitudine ad aliud: relativum ẽ, q habet respectum, et habitudinem ad alium: Vg. ignis ẽ ens relativum ad calorem, quem potest, et petit producere. Ex quo constat, repugnare omnino, q sit ablutum, et patet; nam quodlibet ens, l ẽ Deus, l Creatura; si ẽ Deus, habet relaonem ad Creaturam, ut effum, quem producere potest; si ẽ Creatura habet relaonem ad Deum tanqm ad prium sui; ergo. Cs ens ablutum nihil dicendum occurrit: de relativo tam prædicamentali, qm transcendentali in Phisicis lib. 2o satis egi.

3a entis divisio ẽ in decem prædicamenta

394 in Logica numerata, et in eo i definita, in particulari tn variis in Locis
nostre Philosophie, preter qntatem, qualitatem q: quantitas igitur e accidens corpo=
reum ablutum impenetrabile cum aliis eiusdem raonis: dicitur accidens q neque
materia e, neq forma, neq unio, l subsistentia; et contra distum realiter a ma
la, nec cum illa identificatum, etsi in materia tanqm in subto proprio inhereat;
exemplum sit in Eucharistia, ubi nil materie, l substantie remanet, et tn per
manet quantitas: corporeum; q corpus petit cstitutivum dimensionis, et quantitati
ita convenit ee corpus, ut repugnet quantitas spiritalis. Impenetrabile cum aliis
eiusdem raonis; hoc pdatum proprium, et diffusum, e quantitatis; petit n ut eius
partes collocentur in diversis partibg Loci; et similiter partes cuiuslunq subiecti,
in quo fuerit, neq intr se, neq cum alia quantitate penetrentur: unde suus effus formalis
primarius e, reddere subtum impenetrabile; e q radix extentionis, qua corpus ex=
tensum in Loco cstituitur: et deniq e subtum immatum receptivum aliorum acciu
ablutorum, utt lux, color etca.

Dicitur eiusdem raonis, q cum aliis accibg diverse
raonis, que n sint quantitas, penetrabilis e, et penetratur defacto cum calore, frigore,
luce etca: penetratur etiam cum substantia, et cum ma, forma, et unione: quare in
Eucharistia existit violenter, q quantitas Xpti Domini habet suas partes pe=
netratas intr se, et cum partibg quantitatis, que extiterat in substa panis.

Qualitas
e accidens ablutum ad cplendum perfectionem subste tam in agendo, quam
in resistendo: triplex proprietas assignari solet pro qualitate; 1a q habeat
crarium; licet hec proprietas n conveniat Luci, que crarium n habet: 2a q sit
capax intensionis, et remissionis, de qua in libris de generaone: tertia q
sit silis, et dissimilis; de hac n in relatione predicamentali, actum e: licet
etiam preter qualitatem substa modus sit similes, l dissimiles.

Quarta entis
divisio in ens cple, et incple: incple potest ee simplex, l cpositum; sim=
plex ut negatio Dei; quarta Persona Se Trinitatis. Cpositum cflari potest
l ex predicatis cdictoriis, ut cursus, et negatio cursus; l ex predicatis, quasi

Ja, riis, et quæ inferunt contradictoria, ut rationale unitum cum hinnibili: ens possibile, duplex item; aliud simplex, ut Angelus: aliud compositum, ut Antichristus.

Rursus dupliciter potest esse ens possibile, vel impossibile, primo quasi conditionaliter, et quoad prædicatorum conexionem: 2o de facto, et in esse absoluto: illud dicitur, quod realiter constituitur ex prædicatis inter se repugnantibus; et ideò, si existerent, unum destrueret actualiter aliud, et ab eo destrueretur: istud vero dicitur, quod ex sua ratione formali constat prædicatis, quæ si existant simul, non se adinvicem destruent; ita homo dicitur non repugnare, sed esse possibilis; quia si existat, non se destruent actualiter eius prædicata; quia nullum est alterius destructio, neque infert alterius destructionem. Possibilitas hæc, et impossibilitas dicitur intrinseca, quia fundatur in ipsis prædicatis intrinsecis entis: dicitur vero quoad conexionem prædicatorum, et non actu, quia cum actu non existant, actu non sibi repugnant, vel repugnant absolute; sed repugnarent, vel non, si existerent actu. Sed de hac divisione uberius sequentibus capitibus.

Caput 2um.

Utrum essentia, et existentia distingui inter se valeant?

Quia tamen ordine divisio entis est in existens, et non existens: prætermissa a nobis. De 4a causa existentiam materiæ primæ Lib. Physicorum, latius expendam celebrem adeò difficultatem propositam: sed in primis supponendum est, ens dupliciter posse sumi, vel pro possibili logicè, quà ratione res actu, et absolutè existens, dicitur etiam possibiles; nam benè valet ab actu ad potentiam, ut docent summulistica principia: vel pro pure possibili, et non existente actualiter. Contra ad hæc nomen essentia dupliciter accipi potest; primo pro essentia quæ est in actu, etiam producta; sic Petrus antequam producatur, non est in actu; est in actu, postquam producitur. 2o pro essentia non solum existente, sed solum possibili logicè, vel saltem pro essentia prout abstrahit ab actuali existentia, vel non existentia; sive homo existat, sive non, essentia illius est animal rationale. Hinc etiam est, quod essentia merè possibilis

39b. actualiter nihil sit; cum quidquid est in rerum natura creatum est à Deo; id pure possibile à Deo non est creatum. caeterum habet potentiam logicam, seu non repugnantiam, ut producatur, et actu existat.

Secundo supponendum est, quod sit pura possibilitas entis; est non non repugnantia cum negatione existentiae, nam si non repugnantiam detrahas, vel negationem existentiae non manet ens pure possibile: unde possibilitas entis creati, ut talis est sua producibilitas, nam quidquid est producibile est possibile, vel in genere non bene valeat, quidquid possibile est producibile est; Deus enim possibilis est, et non producibilis: quare ens producibile constituitur ex possibilitate pura, et ad illam addit causarum productivam virtutem, aut Omnipotentiam Dei, à qua per extrinsecam denominationem producibilem denominatur: et insuper addit ex parte sua, et si cum aliquibus Patribus opineris, quandam producibilitatem passivam intrinsecam, quae sit respectus transcendentalis Dei, quo petat à causa posse produci.

His suppositis, quaerendum nobis est, an essentia creata, et existentia realiter distinguantur necne? id est an in Petro existente dentur duae entitates, quarum una sit essentia, alia vero existentia, sive absoluta, sive modalis; sicut in albo dantur duae entitates, quarum una sit subjectum, et altera albedo constituens subjectum album; et in Petro existente datur sua essentia et actio, quâ producitur, ubicatio, et duratio, ut in Physicis liquet. Nec tamen loquor de essentia divina, quae ab eius existentia nequaquam distinguitur; cum de conceptu Dei sit actu esse in rerum natura.

Sunt autem diversissimae opiniones: quidam enim do docent docent docent, existentiam non esse aliud, quam relationem praedicamentalem effectus ad causam, quae advenit in tempore, oriturque ex productione: alii ad praedicamentum durationis eam reducunt; docentque esse accidens superadditum essentiae verum tamen ut hae, et aliae opiniones comprehendantur, duae sunt de existentia celeberrimae sententiae; prima docet, existentiam ab essentia realiter distingui: altera negat: priorem communiter sequuntur Thomistae; secundam fere omnes Patres Societatis, et alii extrinseci oribus, omnesque Nominales; imo et ipse Patres Metaphisicae cap. 10, et lib. 5 cap. 9.

Tanc secundam sententiam non solum Religionis quod; sed affectus libentissime insequor, pro vero Patre,

nullum fundamentum distinguendi essentiam ab existentia: ergo non debent realiter distinguii: patet consequentia: quia fundamento non est multiplicanda entitates realiter distinctae: antecedens patet ex solutione exhibenda thomistarum argumentis; 2º nam eadem fundamenta, quae probare conantur existentiam ab essentia distingui, probant etiam eodem robore essentiam formalem existentiae ab ipsamet existentia realiter distingui; ipsa enim existentia hominis, si distincta est ab aia [aliis] rationali, habet suam quandam existentiae essentiam, sicut et actio habet essentiam actionis, et ubicatio essentiam ubicationis etc. id hoc est omnino falsum, neque thomistae admittunt, alias inferretur processus in infinitas entitates realiter distinctas: ergo fundamenta thomistarum, aut nihil probant, aut nimis probant.

Probatur 3º: cum producitur essentia, et existentia, si distinctae sunt, duae entitates extrahentur a statu purae possibilitatis, et fient duae entitates actuales; ita ut essentiae entitas non se habeat etiam ex parte sua tantum, ut se habebat ab aeterno: ergo essentia per suam entitatem existit: antecedens probatur, nam aliter verum esset, Petri existentis essentiam non minus fuisse ab aeterno, quam nunc est; aut e contra; sicut ad esse quod habuit ab aeterno non pendebat a Deo saltem libere causante, ita neque penderet ad illud esse, quod nunc habet essentia: consequentia vero probatur: quia si est essentia, ut distinctum ab entitate alia est extra causas: ergo est existens, ut distinctum ab alia entitate.

Confirmatur 1º: intelligimus essentiam existentem non intellecta entitate alia, quam thomistae dicunt existentiam: ergo existentia non est distincta ab essentia: probatur consequentia: quia cum intelligitur essentia existere, intelligitur existentia: ergo si intelligitur existere, non intellecta entitate alia, existentia non est entitas alia ab essentia: probatur igitur antecedens; quia hoc ipso, quod intelligamus, aut nobis proponat Deus cognoscendum illud esse essentiae Petri existentis, quod nunc habet, quale ab aeterno non habuit; etiamsi non proponatur cognoscenda entitas alia distincta, hoc inquam praecise intelligimus rem existere et intelligemus non esse pure possibilem.

Confirmatur 2º ex doctrina thomistarum, qui docent, humanitatem Christi Domini existere per existentiam increatam verbi, quae existentia non est producta; essentia vero humanitatis producta est, ita ut sit omnino verum id, quod

398 in Xpto Domino distum ē realiter à Persona divâ, ēē abl^{ute} causatum, et extra causas, et n̄ ēē pure possibile, nec s^t fuit ab aeterno: q si forte amoveretur unio huius humanitatis ad Verbum, ita q^d iam humanitas n̄ afficeretur ab exist^a Verbi; maneret tn humanitas quoad se, ut nunc, existeret p se ipsam q̄ re ipsa p se existit. Ubi adde, q^d suppositionem panē n̄ modo in humanitate, et Verbo divino p^{olem} ēē docent plures thomistæ; s^d etiam essam posse permanere ab^{lute}, et n̄ pure p^{olem}, destructa omni exist^a.

Rogas 3°, an saltem distinguantur p intrum essa, et exist^a? suppono, nos loqui de essentia ab^{lute} p^{oli}; nam si loquamur de essa pure p^{oli}, certum ē, posse distingui f^{raliter} essam, et existam; nam potest prescindi ex parte actus una f^{ralitas} in ordine ad essam pure p^{olem}, et aliam in ordine ad existam, seu essam ab^{lutam}. Et hinc ē, q^d etiam in Deo si illa prescissio f^{ralis} fiat, quatus cipitur essentia Dei s^d ditionaté; n̄ tn eam ab^{lute} affirmando, ver. g. quando dico, si Deus existat, n̄ sequuntur duo s^{nt} dictoria; tunc cipio Deum, ut p^{olem}, et n̄ ut existentem.

Dico ad interrogationem, nullatenus ratione ratiocinata distingui; nam in ordine ad eundem trum, seu connotatum cipitur essa tam ab^{luta} p^{olis}, quam exist^a ab^{luta}; solum igitur distio raonis ratiocinantis debet admitti; constat n. hec n^{oa} essa, et exist^a distincta ēē; et in ceptib^{us} f^{ralib^{us}} aliquam diff^{ram} assignabilem ēē; propterea ceptus desionis, et definiti distionem raonis ratiocinantis causant, licet in o^{bti}s nulla diversitas sit.

Caput 3^m

hostiles vires infringit.

Primum argutum sit; proprium ē Deo existere p essam, sive q^d idem ē, solus Deus ē suum ēē. q. ēē Creaturæ, sive existere distinguitur ab ipsa Creatura; aliter etiam hec esset suum ēē, et existeret p essam: an^s probatur tum dicto illo Dei, ego sum, qui sum: tum etiam raone, q ēē Creaturæ, seu existere, ē ̄tingens; s^d essa n̄ ē ̄tingens:

ergo existentia creaturae non potest esse essentia illius: contra vero existere Dei, quod de nationi contrarium, potest esse essentia Dei.

Respondetur distinctione antecedentis, proprium est Deo existere per essentiam, id est Deus ex essentia sua petit necessario existere absolute, concedo antecedens: proprium est Deo, id est nihil aliud est cum existat, potest existere per essentiam tamquam per rationem existendi, nego antecedens: ita quod non est Deo proprium, quod sua essentia sit sua existentia; sed proprium est, quod essentia Dei sit talis, ut petat semper esse absolute existentia: essentia vero et existentia creaturae talis est, ut non petat semper esse absolute essentiam, neque absolute existentiam, siquidem potest non produci, et tunc nihil erit, neque non erit essentia, neque existentia: propositio illa ego sum, qui sum sic intelligenda est: praeterea contingentia creaturae non stat in eo quod existentia ab essentia distinguatur, sed in eo quod possit esse nihil, et possit esse aliquid.

Secundum, scientia Dei, quae vocatur simplicis intelligentiae versatur ad essentias rerum possibiles, scientia vero visionis ad existentiam: ergo distincta est essentia ab existentia: probatur consequentia, quia nulla alia est distinctio nisi ex parte obiectorum. Respondetur, scientiam simplicis intelligentiae versari ad essentias non enuntiando, an absolute sint, an non sint: scientiam vero visionis versari ad easdem enuntiando absolute esse, vel futuras esse: quare idem est utriusque obiectum, si autem diversitas ex parte sua.

Tertium, effectus petit essentialiter causae essentiam, et non existentiam: ergo essentia et existentia causae distinguuntur: probatur consequentia, quia si idem esset, implicaret essentiam et contradictionem, essentiam petere, et non petere existentiam: antecedens vero probatur, quia calor vel existere potest, etiam si non existat ignis: ergo non petit existentiam ignis, at vero si essentia ignis non esset esse productivum caloris (supponimus nullam aliam esse causam caloris) nequaquam posset calor existere: ergo tantum petit essentiam ignis. Respondetur, eodem modo petere essentiam, et existentiam: quare distinguitur antecedens: effectus petit essentialiter essentiam causae, ut est actu aliquid, nego antecedens, ut potest esse aliquid, concedo antecedens.

Quartum, propria est Deo simplicitas essentialis: ergo creatura debet esse composita ex essentia, et existentia: probatur consequentia, quia non aliter potest creatura a Deo

4º distingui quoad attributum simplicitatis. Sed arguam ego; si creatura composita est ex duabus partibus, scilicet exista, et essa, certe una earum partium erit iterum composita, aliisque in infinitum partium procederetur: rogo igitur, ea pars, quæ non fuerit composita ex aliis, quomodo differt à Deo? Respondeam igitur suo argumento Thomistæ. Resp. negando, non debere omnem creaturam esse compositam, neque enim hoc sensu simplicitatem esse propriam Dei; potest esse creatura omnino simplex, quæ aliis ex capitibus limitata erit.

Quintum; plura dicuntur de essa, quæ negantur de exista. Ergo esse æternam, et variam, convenire rebus independenter à causis: existentiam vero non esse æternum, esse autem contingens; non convenire rebus creatis, nisi dependenter à causis: essam esse indiferentem, ad hoc, quod pure possibilis existens; existam tamen esse determinatam ad existendum: item existam corrumpi, essam vero non corrumpi; sed esse incorruptibilem, præterea essa hesterna, et hodierna est eadem essa; existere vero heri, et hodiernum est idem existere: tandem sexsenta alia prædicata dicuntur de essa, et non de existentia; ergo.

Confirmatur: quia Petrus indiferens est, ut sit albus, et non sit; ideo cum albus est, habet aliquid, quod non habet, cum non est albus: sed essa indiferens est ad existendum, et non existendum: ergo cum existit, habet aliquid, quod non habebat quando non existebat; hoc autem est exista: ergo exista est aliquid, quod superadditur essentiæ; ergo realiter distinguuntur.

Respondetur negando antecedens; ad probationes illius dico, si essa sumatur conditionate, omnia illa prædicata conditionate illi convenirent, et similiter convenire existentiæ: cum vero essa est absolute aliquid, tunc prædicata, quæ essentiæ conveniunt, existentiæ etiam convenire debent: sic omne quodque dicitur de exista cum veritate dicitur de essa, quæ absolute talis est. Ad confirmationem dicitur, Petrum, etiamsi absolute habeat esse indiferentem, ut sit albus, et non sit; ideo præter esse absolutum, addendum aliquid, ut sit albus: essam vero, cum absolute sit non esse indiferentem ad existendum, et non existendum, ideo præter esse absolutum essentiæ nihil addendum, quod sit exista.

Tractatus 3us.
de entis attributis.

De proprietatibus entis in communi tractationem, etsi levissimam aggredimur instituendam, ubi singulas, si otium, et tempus licuisset, persequeremur, ad amussim indagandas: sufficiat equidem de distinctione ad difficultates omnes methaphisicas summenariam disputationem persequi dum vobis Auditores sufficiat tanti moliminis finis, et coronis.

Disputatio unica,
conceptus distinctionis realis expositio.
caput 1um
passiones, et quot sint, et quomodo ab ente distinguantur prius expendit.

Quamvis vulgo tria hæc, passio, proprietas, attributa promiscuè soleant usurpari; ut rem accuratius tradamus duo animadvertere oportet, 1um, rei proprietas dicitur illa, quæ sequitur ad primarium rei conceptum, illam supponendo in suo esse constitutam. dicitur passio, quia nomine passionis intelligimus eam proprietatem, quæ phisice provenit ab aliqua radice, distinguiturque realiter ab illa, ut calor ab igne, frigiditas ab aqua: at si ratione nostra solum à radice distincta proveniat, non passio, sed attributum dici solet, ut est visibilitas respectu hominis, omnipotentia respectu Dei. 2um loquimur de ente methaphisice accepto, et consequenter de attributis methaphisicis, quæ illud commitantur, non vero de ente phisico, à quo realiter eius passiones discriminantur.

Sunt aliqui, qui entis attributa negarunt, sed immerito, nam

402 praeter hoc praecise, quod est esse ens, et praeter praedicata, quae in ipso afferuntur, praedicantur alia vario de omni ente: ergo sunt aliqua entis aliquid attributa: antecedens probatur; quia nullum est ens, de quo praedicari nequeat esse unum, esse distinctum, et eiusmodi alia, quae diversa sunt ab hoc, quod est esse ens. Confirmatur; nam cum firmum statuatur esse ens, adhuc dubitatur, an sit bonum, verum etc. ergo signum est, non esse idem formalissime ens ab esse verum, bonum, etc.

Atque ista attributa distinguuntur in re, et ab ente, solum penes diversa connotata in ordine, ad quae explicatur: ita quod nihil aliud est unitas, nisi ipsummet ens, ut oppositum divisioni; et veritas ipsummet ut aptum est esse obiectum propositionis verae; bonitas ipsummet, ut in suis praedicatis integrum, et perfectum est: unde proprietates istae nihil addunt supra ens, nisi meram habitudinem ad aliud, et connotationem: quare tantum ratione ratiocinata distingui valent; cum omnino realiter identificentur cum ente; nec ullum distinctionis genus praeter rationis eis convenire videatur.

Quot sint ista attributa, dissidium inter DDs est: communiter illa, quae enti attribuuntur, continet dictio illa barbara Reubau, quam significant initialibus litteris res, ens, verum, bonum, aliquid, unum: at non omnia haec sunt entis proprietates; nam ens, et res sunt nomina synonima, et ipsum est diversis nominibus significatum.

Restant illa quatuor, ex quibus DDs excipiunt aliquid (aliquid non signat distinctionem) aiuntque tres tantum esse proprietates entis, videlicet unum, bonum, et verum; nam aliquid reducunt ad unum. Non probo exceptionem istam; sed existimo, quatuor esse entis attributa: ratio est, quia unitas non est distinctio: ergo non debet aliquid ad unum reduci: probo antecedens; quia unitas solum est indivisio rei in se; at distinctio est divisio rei ab alia: ergo distinctio, et unitas sunt diversae formae: ergo et attributa.

Maneat igitur, unitatem transcendentalem esse attributum entis, quae quidem est indivisio rei positivae in se ipsa

id est, coniunctionem rei positivę secum ipsa non quidem per unionem; sed per identitatem, quę omnino necessaria est: hęc enim indivisio in positivo consistit; siquidem est ipsamet identitas rei. Similiter veritas transcendalis consistit in ipsamet positiva, et reali essentia cuiuslibet entis, quatenus apta est se verificare propositionem enuntiantem illam de tali ente. Item bonitas transcendalis consistit etiam in ipsa positiva, et reali essentia entis, quatenus apta censetur trahere voluntatis amorem. Dixi hęc attributa debere esse transcendalia; quia sicut terminus dicitur transcendens; quod verificatur de omni ente possibili, et quolibet transcendit; sic hę proprietates omnia entia transcendunt, et de illis verificantur. Solum restat distinctionem entis exponamus.

Caput 2 et ultimum.

Quid sit distinctio, et in quo consistat?

Ex dictis tractatu 2o De 3a cap. 1o Logicę satis liquet, et probatum manet, quid sit distinctio in communi; quid distinctio realis, atque illius species; quid distinctio rationis ratiocinatę, et ratiocinantis; quid demum identitas realis, quę in positivo consistit: quare circa constitutivum distinctionis realis solum restat disputatio; et si loco citato mens nostra pervia est.

Diximus, ac probavimus, distinctionem realem formaliter constitui per entitates ac rationes, probavi, distinctionem realem formaliter constitui per entitates eorum, qui distingui dicuntur, licet per aliquid negativum explicentur. Hic recolas, obsecro, tanta ibi allata, ne bis ea repetere cogamur: cęterum argumenta, quę in oppositum obiici poterant, in hunc locum remisimus; Stamus igitur promissis in prędentiarum exequendis, ut adeo celebris, ac pergravis difficultatis oppugnatione adversariorum magis elucescat veritas.

Arguunt 1o DDs oppositę opinionis in negatione identitatis distinctionem realem constituentis: Petrum dis=

424. tingui à Paulo consistit in eo, quod Petrus non sit, quod Paulus; sed hoc con-
sistit in aliquo negativo: ergo distinctio Petri à Paulo consistit in negativo: ma-
iore certa, saltem supposita existentia Petri, et Pauli; si non uterque supponitur
existens, distinctio utriusque erit formaliter, quod Petrus non sit, quod Paulus est: minor
probatur, quia quod Petrus sit quod Paulus est, est aliquid positivum: ergo quod Petrus non sit,
quod Paulus est, est aliquid negativum: probatur consequentia, quia ex duobus contradictoriis unum est
positivum, et alterum negativum; sed Petrum esse, quod Paulus est, et non esse, quod Pau-
lus est, sunt extrema contradictoria: ergo unum ex illis est positivum, et alterum nega-
tivum.

Respondetur, concedendo maiorem, et negando minorem; ad probationem concedo antecedens,
et nego consequentiam; ad cuius probationem omissa maiori, distinguo minorem, Petrum
esse, quod Paulus est; et Petrum non esse, quod Paulus est, sunt propositiones contradictoriae logicè;
concedo minorem: sunt conceptus obiectivi phisicè contradictorii; nego minorem: nec dubi-
um est, quin illi duo conceptus sint contradictorii logicè; quia unus est assensus, et alter
dissensus circa eorundem extremorum, sed negandum est, quod obiectum esse quod tendunt
illi duo conceptus, sive conceptus obiectivi sint in re phisicè oppositi contradictoria
oppositione; nam primus verificaretur per conceptum positivum, nempe identitatem
Petri cum Paulo: secundus verificatur per entitatem positivam Petri; quae entitas licet
in se positiva sit, potest verificare propositionem negativam, videlicet Petrus
non est Paulus.

Hinc plura deducuntur, primum, quod identitas inter Petrum, et Pau-
lum, si daretur, et distinctio, quae defacto datur, sunt aliquid positivum. Secundum, utram-
que formam in re separatam non esse contradictorias; sed contrarias; nam licet pug-
nent, et se destruant mutuo identitas, et distinctio, potest utraque deficere;
quando non Petrus, et Paulus non existunt, tunc nec existit distinctio inter illos,
nec identitas: ergo illa duo obiective tantum opponuntur contradictoriè.
Tertium ipsi conceptus formales formales, sive propositiones mentales videlicet Pe-
trus est Paulus, Petrus non est Paulus sunt conceptus contradictorii.

Argumentum

2º, supponamus, Petrum non existere; tunc haec propositio, Petrus non est lapis;

ē propositio vera: ergo datur illius obiectum; patet consequentia, quia tunc non datur enti-
tas positiva Petri: ergo entitas positiva non ē obiectum, quod illam propositionem
facit veram: ergo aliqua negatio ē, quae facit tunc illam propositionem veram;
sed obiectum, quod reddit illam propositionem veram ē distinctio: ergo distinctio consistit
in aliqua negatione.

Respondetur concedendo antecedens; et negando consequentiam; pro quo
animadverte, quod alibi a nobis dictum ē, Vt ad veritatem propositio-
nis, non semper requiri existentiam obiecti, quod illam veram facit: Vt haec
propositiones Petrus ē possibilis; Petrus ē homo; sunt hodie verae; licet hodie non de-
tur Petrus; ratio ē, quia talis propositio affirmat existentiam obiecti; et tunc, ut sit modo
vera non requiritur existentia obiecti modo; sed pro ea differentia temporis, pro qua
obiecti existentia affirmatur; ideo haec propositio Adamus peccavit ē hodie vera;
et haec Antichristus peccabit, licet hodie non detur Adamus, nec Antichris-
tus.


Etiam animadverte esse alias propositiones, quae abstrahunt ab existentia
subiecti; et hae propositiones ut sint verae non requirunt existentiam subiecti, quia illae
in quibus particula est solum deservit ad iungendum praedicatum cum subiecto,
neque affirmando tale subiectum existere, neque affirmando non existere; in hoc
sensu sumuntur illae propositiones, quae vocantur aeternae veritatis, quae sunt verae
etiam non existente obiecto; quare ab aeterno fuit verum, quod homo ē homo,
licet ab aeterno non extiterit homo; sicut haec propositio ē vera nunc Antichri-
stus ē homo propter ipsam entitatem Antichristi: sic similiter ipsa entitas
positiva Petri facit veras has propositiones, Petrus ē homo, Petrus non ē lapis;
quamvis Petrus hodie non existat.

Ex dictis colligitur 1°, quod Petrus per suam
entitatem habet esse distinctum a Paulo quantum ē ex se, non tamen absolute, et
adaequate; nam absolute distinctus a Paulo constituitur etiam per Paulum:
explicatur exemplo similitudinis; Petrus per hoc praecise, quod sit albus consti-
tuitur similis quantum ē ex se cuicumque tertio; imo ē dissimilis etiam quantum
ē ex se; nam ut sit similis in albedine Paulo, habet quidquid requiritur ex

ex parte sua, vult albedinem, et etiam ut sit dissimilis; quod si nihil addas Petro, dummodo ponas albedinem in Paulo, Petrus per suam albedinem, et albedinem Pauli erit illi similis, et si tollas albedinem à Paulo, Petrus erit dissimilis: idem tenendum est de distinctione Petri à Paulo.

Colligitur secundò; distinctionem realem versari circa extrema non solum positiva; sed etiam negativa, possibilia, et impossibilia; unde eiusmodi entia non solum inter se; sed ab aliis etiam realiter distinguuntur. Quare non solum negationes inter se, impossibilia inter se, et mere possibilia inter se; sed etiam ens impossibile distinguitur à mere possibili, et à negatione; et negatio ab ente mere possibili; et ens positivum à negativo. Sed notandum est, distinctionem rei positivae ab alia re positiva consistere in ipsis entitatibus rei positivis, quae distinguuntur: at distinctio negationis ab alia negatione consistit in ipsis negationibus; quod res quaelibet per id, quod est in se, distinguitur ab alia: nec inde infertur distinctionem hanc in negativo consistere; dummodo non superaddamus ipsis extremis negativis aliquam negationem identitatis inter illa.

Haec habui Auditores mei, quae de universa Metaphysica vobis subministrarem; qua universam Philosophiam tandem absolvimus; triennio quod hoc pensum reddimus, animo certe libentiore, quam fortunatiore ingenio elucubrata; nec dubito quin scripta haec aliquibus non arrideant; insolens enim est, qui omnibus se placere posse confidat: minima quidem haec sunt, si ab ingenio spectentur, maxima, si ab animo, ac votis. informia etenim non prolis; sed ingenii vestri acumine formanda: multa perstrinxi, quae liberalissime alii prodigunt; alia fusius, quam moris est vulgo complectar; sed quidquid dictum utilitatis est vestrae; mei autem laboris: hoc inficiari non patiar, illud vobis pateri consentaneum est, dum adveniam invitor, quem vestra humanitas huc usque libenter excepit: omnia sunt in Dei gloriam; laudemque Deiparae Virginis noxa immunis deferantur. Hispali in Gymnasio Collegii Societatis Iesu Divo Hermenegildo sacri anno à salute 1689 die 12 Maii.



Laredo de Generatione, et Corruptio